
EX-LIBRIS


EX SCIENTIA SPES
JULIUS S. HELD

4

SYMBOLA
HEROICA
M. CLAVDII PARADINI,
BELLIIOCENSIS
CANONICI,
ET D. GABRIELIS SYMEONIS.

Multo, quàm antea, fideliùs de Gallica lingua in Latinam conuersa.



ANTVERPIAE.
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXVII.
CVM PRIVILEGIO.

CHRISTIANVS PIERIVS
Collonienſis de Magnatum, vulgiq́ue Symbolis, & Inſignibus, ex Iohan. Ludouico Viue.

SYmbola nō paruo quondā ſub honore fuerūt
 Hæc apud egregios, magnificoſq́ue viros.
Hęc habuêre Duces, & quondam Inſignia Reges.
 Nunc hominum quid non tentat inane genus?
Pars Phlegethontęos colubros, Stygioſq́ue Dracones.
 Pars tumido ſæuos pectore quærit Apros:
Pars volucres Tityi rodentes mēbra Promethei.
 Pars abſumentes pectora poſcit Aues:
Vrſarū pars mōſtra trucū, pars monſtra Leonum,
 Et reliquas formas iam nouitatis amat.
Talia nunc petit à brutis inſignia vulgus,
 Brutorum vitæ ſtamina more trahens.
Quæ toto procul à vobis ſint tempore: ſtultum
 Nam genus ex omni parte notare ſolent.
Inclyta quin potiùs ſint veſtra Inſignia virtus,
 Nobilitas qua non clatior eſſe poteſt.
Imò vos reddant præſentia Symbola claros,
 Quæ poterunt aliquo nobilitate modo.

IL-

CLARISS. HEROI, D. CAROLO BARONI BERLEMONTANO & Hirgiano, Ordinis aurei velleris Equiti, nec non Regis Catholici Finantiarum Magiſtro, &c. Chriſtoph. Plantinus S. P. D.

IAm aliquot anni ſunt, Heros ampliſsime, ſi recordaris, cùm tuo nomini dicata fuerunt hæc Heroica Paradini ſymbola, ſed ab eo, qui offerre iure minime potuit. Cùm enim illa meis ſumtibus de Gallica in Latinam linguã traduci fideliter curaſſem, ille meo cum detrimento tuam amicitiam non dubitauit aucupari. Verùm cùm ego poſtea illam editionem me abſente adornatam ſcatere mendis innumerabilibus animaduerterem: non piguit aliquid operæ in iiſdem tollendis inſumere, & eundum libellum haud paullo nitidius & caſtigatius editum tibi remittere. Spero autem duplici nomine non ingratum fore, tum quod virtutibus tuis argumentum conueniat, tum quod ab animo beneuolo illius hominis qui dare iure potuit proficiſcitur. Vale.

NOBILISSIMO VIRO DOMIno Theodoto à Marze Equiti, Baroni & domino à Belleroche, Laſſenaz. &c. Claudius Paradinus S.

PICTVRARVM varietas cùm hominẽ mirificè delectare ſoleat; tum egregia illius ac ſingularis in eo elucet vtilitas; quòd ipſius beneficio grauiſſimi & alioquin intolerabiles animi & corporis affectus multo æquiùs non rarò perferantur: id quod principes viri, & in his præcipuè Imperatores, Reges, Duces, aliiq; memorabili aliqua potentia prediti non ignorarũt. qui cùm expreſſas Virtutis imagines & veluti idæas excelſis ſuis animis ſemel comprehendiſſent: eas tamen, etſi lubricas ac facilimè euaneſcentes, ſola picturarum ope & vi ita firmè & conſtanter ſeruarunt; vt in ipſis nullo vnquam tempore earum aut amor languidior, aut notitia obſcurior deprehendi poſſet. Ratio autem, qua hoc effecerunt, ea fuit; vt, quiuis eorum, pro eo atq; certam aliquam Virtutis imaginem complexus erat, ita rem aliquam excogitaret, quę res depicta, ſua aut forma, aut ingenio, aut natura, aut alio peculiari adiuncto


illam

illam ipſam imaginem continenter animis eorũ repreſentaret. & hæc quidẽ hac occaſione adinuenta ſimulachra ipſi ſuo rum Symbolorũ; vulgus autẽ Inſignium, &, vt loquuntur, Armorum nomine inſigniuerunt: quòd ea vbique in armis ſuis, ſcutis, peltis, cetris, & clipeis expingi iuberent. Iuuabat nimirum eos præter modum hoc vnum, in quo ſummam & extremam ſpem conlocabãt, honeſtare quouis modo, & illuſtrius reddere: adeo vt in ipſis bellis morte eorum animis ſemper obuerſante, expeterent eaſdem effigies oculis ſuis obijci; tanquam eo ipſo omnibus certò adfirmarent, vitam iuxta & mortem ſuam cum vera Virtutis huiuſmodi monimentis deſignatæ memoria ſemper coniunctum iri. Ab his initijs more tam laudabili paulatim inualeſcente, ſententiæ ad imaginum propoſitarum inſtitutum adcommodatæ à quibuſdam ingenioſe excogitatæ ſunt, & in gratiam eruditorum hominum adiectæ: quæ poſtmodum, itidem vt ipſa ſymbola, frequentatæ, tandem continente nobilium virorum vſu pariter ad noſtram vſque ætatem perdurarunt. vt illud hodieque liquido oſtendere ac teſtificari videãtur tùm ſum-

tibus maximis pafsim exftructa & prope regia ædificia, tum magnificæ regum ac principum aulæ huiufmodi fymbolis ac emblematis egregiè auctæ, & ornatæ, de antiquo nempe amore ac memoria virtutis nihil prorfum deceffiffe; quin potiùs acceffiffe eo amplius, quo iam ipfius plura ac manifeftiora exftant figna ac teftimonia. Hæc cùm diligentiùs perpenderem; & in eis picturæ vim inæftimabilem admirarer; fumpfi plufculum temporis in aliquot iftiufmodi fymbolis colligendis, ijs præfertim, quæ vel ipfa Antiquitas commendarat; vel à fummis principibus, noftræ tempeftatis vfurpata effe meminiffem: quibus vifum eft nonnulla è diuerfis hiftorijs & rebus hîc illîc memorabiliter geftis excerpta innectere. Speraui autem ex iftis omnibus, quemadmodum ex hieroglyphicis notis animi fui mentem ac voluntatem indicant Aegyptij, ita veram virtutem vulgo non obfcurè poffe elucere, agnofci, atque amari; præfertim cùm hac re adiecta fcholiola non paucas difficultates, quantum quidem rerum natura patiebatur, fuftulerint. Et quia vir amplifsime, generofum ac tantis maioribus dignif-

gniſſimum ingenium tuum accepi il-
lis rebus, quibus virtus ſe ipſa contempla-
tur & exauget, mirum quendam in mo-
dum delectari; auſus ſum hæc Emble-
mata, quaſi Aulæa quedam tumultuariè
compacta & conuoluta T. D. offerre;
ſaltem vt eſſent qualecumque meæ erga
eam voluntatis & obſeruantiæ pignus fu-
turū, vti ego mihi perſuadeo, nō minùs iu-
cundum & gratum, quàm tu lubenter &
cupide laboras, vt virtuti ſuum ſit pre-
tium & ornamentum. Vale.

Nullis præſentior æther.



Salu-


Salutaris est, atque Sacra, necnon etiam crucis, nota, scribente Hieronymo in Marcum, Thau *Hebræorum literarum elementum. Quo charactere vidit Ezechiel in spiritu fidelium frontes* Hierony.
ab angelo signari, quasi mæstorum, ac super abo- Ezech. 19.
minatione Hierosolymitana lugentium: quo quidem indicio incolumes conseruati sunt in medio malorum qui Dei sententia repente deleti sunt. Super hæc etiam perfectionem quandam Thau *significat. Vnde & Alphabetarij Hebraici litera postrema est: hoc nimirum terminans, atque perficiens. Quæ res haudquaqum citra grande mysterium euenisse videtur: præsertim verò cum* Redemptor *ipse noster Christus in crucem confixus, priusquam expiraret eruperit in hæc verba:* CONSVMMATVM EST, *his ipsis vaticiniorum omnium, & Scripturarum typum, hoc est, crucem adactus erat ea ipsa hora qua in literæ huius complementum esse factum patefaciens. Quæ litera, quantùm quidem ad figuram spectat, repando charactere descripta multò expressiùs crucis typum refert, quam aliàs. Hancque tum Græci, tum Latini vsque ad nostra tempora, in veram crucis effigiẽ pinxere,* T. Hoc *igitur verum, ac proprium, sub Christi* Ecclesia *conscriptorum, ac militantium,* Symbolum *est atque signum.*

Videntur eò Hebræis contrarij Græci quòd aspiratæ Th.literæ characterem mortis hi: vitæ verò notam illi fecerint. Vide continuè sequens Symbolum.

Paradin. verò se ipse hoc loco super literæ huius charactere, quò formæ crucis hunc accomdare posśit, frustra torquere videtur, cum Hiero. mox initio Prol. galeati scribat certū esse, Esdram Scribam, Legisq; Doct. post captam Hierosf. & instaurationem templi sub Zorobabel alias literas reperisse. quibus nunc vtimur, cum ad illud vsq; tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. Quod autem subiungit, hoc ipsum, quo de iam agitur, elementum tam apud Græc. quàm Lat. eadem figura pingi, planè falli videtur, cùm aliud hauddubie sit Hebrço. Thau. & aliud Græcorum Tau. seu Latinor. T. horum scilicet vtrorumque tenuis, seu exilis, vt Grammat. vocant, litera, illorum verò crassa, siue densa, vel aspirata.

Manet

Manet inſontem grauis exitus.



Linearū duarum figuram in ſe inuicē ductarum, vnius perpendicularis nimirū ſub altera diametrali, in ſignificationem vitæ futuræ, inter Hieroglyphicas notas Aegyptios connumeraſſe, auctor eſt Orus Apollo. Nec aliā huius rei cauſam adferre poterāt, quā quòd ſibi certū diuini alicuius myſterij ſignum videretur. Verumenī uero & hic idē character inſculptus erat pectori Serapis idē Aegyp. qui Græcis Pluto. *Serapidis ipſorū idoli in eo templo quod, Theodoſio impetrāte, ſimul cum Græcanicis omnibus deletū & ſolo æquatū fuit. In quo delubro paſſim ſpectabantur literæ Hieroglyphicæ figuram crucis exhibentes teſte Suida.*

Suidas.

Re-

Refert & Isidorus, priscos olim ad notandos in Isidorus. *ephemeredibus suis eos qui ex prælio viui euasissent, vel eos qui in eo occubuissent, hac litera Θ, quasi transfixo telo, signasse cæsos: superstites verò hac nota T.*

Asc.Pediã. *Præter hæc tradit etiam Asc. Pedian. sortes Iudiciorũ tribus characteribus quendam consignatas: Θ, damnatorum ad mortẽ: T, absolutorũ: Δ, ampliandorum, seu exactiùs disquirendorum.* *In summa, sacratissimũ ac salutiferũ hoc signum æquissima ac perpetua obseruatione receptum est.*

Exod.17. *Quod & in Mose comprobatur, dum obsecrationem in mõte faciebat ad Dominum proiecto in crucis formã corpore, expansisq; brachiis, quæ dum mysticam figuram erigeret, vincebat Israeliticus Dei populus, si re mitteret, succumbebat.*

Latini primos litera C. id est, condẽnatos: secundos A. id est absolutos: tertios duabus coniunctis literis NL. significabãt: quibus duo hæc verba, nõ liquere, volebant intelligi. Extat huius rei locus apud Ciceronẽ pro Milone. Hebræis eò contrarij Græci videntur, quod aspiratæ Th. literæ characterem mortis hi, vitæ verò notã illi fecerint. Vide. prædens Symbolum, &, si lubet, Martial. lib. 7. epigr. 36. & Pers. Sat. 4.


Secum

Secum feret omnia mortis.



Serpens æreus ab Iſraeliticipopuli Magiſtro Mo- Num.21
ſe erectus in ſolitudine (cuius ſimulachrū aſpe-
ctum, à viroſis ſerpētibus ſaucios, ac morti deſti-
natos curabat) vltra D. N. Ieſu Chriſti crucem,
noſtrā ſalutē etiam, redemptionemq́; præfigurabat.

Hîc ratio ten- tandi aditus.



Esa.22. *Clauis, cuius Propheta Esaias mentionem facit his verbis,* Et dabo clauē domus Dauid super humerū eius, & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat *itidem Iesu Christi crucem figurabat.*

Pignora cara sui.



De cruce Seruatoris mundi, deque mysterio corporis & sanguinis ipsius prædixit Ieremias Propheta, sub persona impiæ Iudaicæ gentis dicens: Ier.11.
Mittamus Lignum in panem eius

Ani-

Animis illabere noſtris.



Spiritus malignus ſuo quidem initio blandus eſt, & plauſibilis: at hominem deinde triſtẽ reddit, attonitum, & ſui planè immemorem. Contra *ſanctus Spiritus primo ſtatim illapſu et ſi mentem nonnihil percutiat; eandẽ porro nihilominus trãquillam efficit & ſecuram intimaq́; & veriſſima voluptate pertentat. Vſu veniſſe hoc ſanctis* Apo*ſtolis die Pentecoſtes* Acta *teſtantur, ſpiritu* Do*mini ſuper eos forma linguarum ignearum illabente.*

Act.2.

For-

Fortuna fidem mutata nouauit.



Cùm Childerico IIII. Galliæ regi ob infamen turpitudinis notam regno cedendum esset; eique Guimeus homo ipsi intimè amicus suaderet, vt, tantisper dum se paci conficiendæ totum daret, ille in Thuringiam concederet; aureum numum bifariam diuidens, vnam partem ei porrexit, quo ea ipsa pars cùm data oportunitate, vti P. Aemil.

B pro-

promittebat, remitteretur, ſua cum altera parte æquali commiſſura certam compoſitæ rei & reditus fidem ipſi Childerico faceret. quod & euenit. Neque enim Guimeus à conciliationis incœpto prius deſtitit, quàm Gillion ciuis Rom. regni Gallici poſſeſſionem, quam ſibi ille adſerebat deturbaretur, reſtituto in priſtinũ Childerico.

Nutriſco & extinguo.




Nobi-

Nobilissimi ac magnificentissimi Galliarum Regis Francisci symbolum erat, Salamandra flammis incubans. Et Plinius quidem hoc ani- Plin. *mal tanto frigore præditum scribit, vt ignem, non aliter atq; glacies. potenter extinguat. alij, in flãma vitã agere: quin & ali vulgò creditũ est. Atque memini me vidisse effigiem Regis huius ipsius pubescente adhuc forma, ære insculptam, ex cuius aduersa parte extabat Salamandræ igneæ typus, addita hac inscriptione Italica:* Nudrisco il buono, & spengo il reo. *Plerisque etiam alijs locis, parietibus, ac palatijs passim; nominatim apud Fontem-Bellaqueũ visa nobis est in preciosissimis aulæis opere plumario expressa hoc distichio:*

Id est: Alo bonos ac perimo malos.

Vrsus atrox, Aquilæque leues, & tortilis Anguis,
Cesserunt flammæ iam Salamandra tuæ.

20 Monſtrant Regibus aſtra viam.




In æde ſacra ad Sanctum Ouenum Gallici regni ſub anno redempti orbis 1351 à Rege Iohanne publicè inſtitutus Ordo Stellatorum fuit.

Signum

Signum hoc adfixum oſtendebant eius fœderis Equites toga, capitio, locóue conſpicabiliori. Tam honorificam ſtellæ celebritatem credibile eſt ortam fuiſſe à cõmemoratione ſublimis illius oſtenti ſyderei, quod Magos ab Oriente adduxit in locum filio Dei *natalem. quo etiam referri poſſe videntur verſus illi, alioqui à* Virgilio *Pollionis filio dedicati (imo Iulio Cæſari, ob cometam, qui ſe poſt eius mortem oſtendit)*


Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum: Virg.
Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.

Donec totum impleat orbem.



Prodigio ſimile nuper fuit præſtantiſsimi Francorum Regis Henrici II, *lunare incrementum. In Sacris literis Luna multa in locis refert Eccleſiam. Accedit & conſenſus Pauli Aemilij in* Paul. Aem.
hiſto-

historia Papæ Calixti II. (nomen cuius antea fuerat Guido, Guillielmi Heduorũ, seu Burgundionum Comitis filius) qui pridie quam sors pontificatus creationem faceret, visum vidit: ferri à puerulo sibi in sinum lunæ sydus. Præterea Luna mutationibus obnoxia semper & in primis est, ac alternis horis & interuallis crescit, & decrescit. In hunc modum videas militantem Ecclesiam eodem in statu numquam agere: quin modo a pijs & Christianis Principibus conseruata, ac defensa, mox truculentia, & tyrannide profligatur hæreticorumue factionibus disiecta conuellatur. qua ratione fit; vt numquam turbæ & certaminum sit immunis. Cui tamen Regia Maiestas, atq; adeo Rex ipse, princeps Ecclesiæ filius, spondet certum auxilium & defensionẽ: quo ad ea tandẽ sub vnũ deum, Regem vnum, vnam legem redacta, totius gregis vnicum pastorem agnoscẽdu amabilis vnitas, & immensitas appareat.



Ludouicus XI. *Galliæ rex cùm Ordinē equitum*
Histor. *B. Michaelis, vt vocant, institueret; anno* 1469.
Eng. Mō- *symboli loco, eos insigniuit torqui aureo cochleis in-*
strel. *ter se & duplici nodo cōnexo, cathenulis seu orbicel-*
lis aureis hærente, eius deinde in medio tuberculo
Histor. *quasi promōtoriolo prominēte aurea imagine san-*
Virginis, *cti Michaëlis, pectus insigniēte. Ac postremū hoc*
Autel. *fecit prouocatus exēplo Patris sui Caroli* VII Re-
gis, qui vsus fuit ea imagine pro Insigni bellico, pri-

mitias potissimū suæ inaugurationis faciens Rothomagi. *Sumptum id, adeoq; deinceps sancitum in singulos* Reges *ab illustri (vt aiunt) miraculo, seu viso* Diui *Michaëlis in prælio ad pontem Aurelianæ ciuitatis, hostes* Anglos, *vrbemq; à dira eorum oppugnatione arcentis, ac propulsantis.* Torques *igitur* Regi *huius Ordinis Symbolum est, & comprobatio virtutis, concordiæ, fœderisq; perpetui: Item pignus, & corona præclarè actorum partæq; victoriæ. Ex auro, auriue puri precio voluit intelligi magnanimitatē, summosq; honores: Per cochlearum similitudinē, vnanimē eorum æqualitatē, seu cōmunem fortunarum æstimationem: in hoc, videlicet* Rom. *Senatorum ordinem imitatorum, quibus prominebant in lacertis turgentes cochleæ.* Nexu *autem inter se duplici coniunctas voluit indicare indissolubile Sociorum fœdus, nec ociosa significatione. Postremo dæmonis à* Michaële *prostrati effigiē victoriā & triumphum de hoste potentissimo.* Huius *autem tam singularis Symboli ratio ad regni dominationem fortunasq;, tum etiā ad incutiendum hosti terrorē, ac desperationē multum pertinet.* Quot *verò in nobilem* Sociorum *catalogum admittēdos autor ipse* Rex *censuit, numero præfiniuit: puta.* 36. *quasi regni Patronos, inter quos ipse Primas adnumerari voluit. Eodēque quo idipsum celebrādum statuit momēto, is* XV *Heroas pronunciauit: quos ob honorē & nomenclaturæ prærogatiuā silentio preterire nō oportuit.* M. Aurel.

Primi itaque fuerunt:

Carolus Dux Guiennensis.

Iohan. Dux Borboniorum & Aruernorum.

Ludouicus Luxemburgensis, Comes sancti Pauli, Galliæ Connestablis.

Andreas Lauallius, Loheaci Dominus, Marescallus Franciæ.

Iohannes Comes Sanserranus, Buelli Dominus.

Ludouicus Bellomontanus, Foresti & Plessij Dom.

Ludouicus Destotuillanus, Torcij Dominus.

Ludouic. Lauallius Chatillonij Dominus.

Ludouicus Borbonij Nothus: Comes Rossillanus: Admirallus Franciæ.

Antonius Chabannus, Dãmartini Comes, Supremus Regis Oeconomus

Iohan. Armigniacensis Nothus, Comingiensium Comes, Frãciæ Marescallus, Delphinatus Gubernator.

Georgius Trimollianus, Cranij Dominus.


Ghilbertus, Chabannus, Curtonij Dominus, Senescallus Guiennensis.

Carolus Crussolij Dominus, Senescallus Pictauiensis.

Tanneguius à Castello, Rossillonij, & Sardiniæ Prouinciarum Gubernator.

Vl-

Vltus auos Troiæ.



Ludouicus XII, *Galliarum* Rex, *vti Dux hæreditarius* Aurelianensis, *ac proinde Blosiorum* Comes, *Symbolum hoc ab* Histrice *sibi adscripsit. Cuius vnà cum lupi coniuncta effigie vetus Blosiorum ciuitas Insignia sua antiquitus figurare solita*


Plin. *solita est. Visitur hoc plerisque lapidibus, ac po ticibus insculptum. Animal hoc natura tan studiosè armis instruxit, ut prouocantes eminu arceat, præsertim aduersum canes aculeos suos sa gittarum violẽtarum instar eiaculãs. Huius Sym. boli interpretationem, declarant magnificentissi mi cuiusdam ciuis in illa ciuitate ædes, ad qua- rum frontispicium, sub histrice lapidi insculpta distichum hoc adscriptum est:*

Rectiùs, ponere- tur vita, pro salus.

Spicula sunt humili pax hæc, sed bella su- perbo:
Et salus ex nostro vulnere, nexque venit.

Non

Non sine causa



Ne-


Necessaria est Regnis, populis, ciuitatibus iusta ac legitima imperij administratio, animiaduersioq;: quam si tollas, cætum & hominum societatem perditum iri certum est. Quapropter Principatus potestas, & omnis magistratus iure sibi gladium vendicat, publicosq;, & priuatos honores exigit, tanquam precepto diuino sancitos, vt sit pijs & mansuetis non tantùm beneficio, sed etiam impijs & sceleratis territamento. Suscipienda igitur Pauli Apostoli salutaris doctrina:

Rom.13. Vis autem (inquit) non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris, time. Nõ enim sine causa gladium portat. Dei minister est: vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitati subditi estote: non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Plus

Plus oultre.

Id est, Vlterius.



Immortalis gloriæ Carolus Quintus Romanorum Imperator auspicijs suis, & actis autoritatem portendens, magnanimitatem suã, ac prestantiam ex

expreſſit Columnis duabus, quas Herculeas veteres nominarunt. Sunt autem promontoria duo ſeptingentis paſſibus ab inuicē diſtantia, alterum in Mauritania verſus Africā,*cui nomē* Abila:*alterum in regni Granatici ora verſus Hiſpanos, cui Calpe nomē: per quorum interuallum ſubit latratus maris quē* Gibraltar *ſiue ſinum* Seuillanum, *aut* Hiſpalenſem *nuncupāt.* Fabulantur Poëtæ *hoc angiportu quondā ſtetiſſe magnæ molis rupē iſthac maris ingreſſum prohibentem; qua Herculis viribus, beneficioq́; ſublata, iter* Oceano *factum eſſe, & ad tanti boni monimētum erectas ab illo duas columnas ferunt duabus his præcipuis orbis partibus,* Africa *& Europa. Enimuero vt ſtuduit diligens vetuſtas, monimentis, pyramidibus, ac fornicibus præclarè geſta, expeditioneſue ſuas ab obliuione vindicare (quēadmodum* Alexandrum *per militares expeditiones feciſſe ſcribunt) ſic ille profectionibus, expeditionibuſq; modum illic ponens, Columnas memorabiles creditur erexiſſe. De quibus non planè cōſtat, naturáne illic factæ ſint, an arte, aut vi ſtructæ. Verum eſt hoc quidē, ſtetiſſe illic fanum in quo ſacrificium obtuliſſe certò traditur* Hannibal,*dum bellum in* Italiā *pararet: vbi etiā columnas duas æreas fuiſſe certum eſt, altitudine vtramq;* VIII *cubitorum ſumma pulchritudine. Limes orbis vulgò dictus eſt: vltra quē nauigaſſe priùs ferunt neminē vſq; ad Caroli Quin-*

ti tempora, dum lustratæ ab eo, suisq́; ac Lusitanorum classibus, repertaq́; sunt fortunatæ Insulæ ac variæ opulentæ gentes vsq; in Orientis, & Occidētis partes, Cuius rei gratia, & vt præstantiam ac magnitudinē actorum in posteros latè lōgeq́; testaretur Imperator, Symbolo hoc (Plus oultre, Quod Latinè Penitiùs vertere queas) vsus est amplissimā spem sibi tribuens vsq; deq́; penetrandi.

Imperium sine fine dedi.



C pri

Sueton. *Primus orbis Monarchiā nactus, Cæsar Augustus ac pacificus Imperator, Capricorno sidere natus, tanta hunc obseruatione prosecutus est, vt pecuniam impressione Capricorni cudi fecerit: hoc modo faustum ac solemne præsagium fortunarum suarum magna cōfidentia syderi acceptum ferens.* Reperi*us etiamnum aurea & argentea numismata capricornuta, pedibus cōplectentibus orbis sphærā, in tergo vel copiæ cornu, vel* Amaltheæ: *quod posterius in ijs quæ ex auro conflata sunt, conspicitur: in argenteis verò, accessit clauus, siue gubernaculum nauale orbi sphærico, superadditum.* Habet *autem vtrumque Inscriptionem hanc:* AVGVSTVS.

In-

Inextricabilis error.




Sphynge monstro, velùt singulari, arcanóue Symbolo vsus est Augustus Cæsar *Imperij susceptì initio, significaturus, res Principis serias, grauioresq́; causas, & deliberationes non esse plebi committendas. Cuius generis præsertim sunt sacræ, & Diuinæ, ne imminuta auctoritate vilescant. Eadem propemodum ratio mouit Aegyptios adpingere templis suis Sphyngem. Eius generis duas Sphynges nactus erat Augustus (teste Plinio) inter maternos annulos, arte sic effigiatos* Cælius. Plin.

giatos ac persimiles vt alter ab altero non posset vllo pacto distingui. Quorum altero, vice sigilli, bellis intestinis, acta edictáue absentis, ab necessarijs consignabantur, æstimato simul temporis, causarúmue statu. Affirmat Dion *ab Augusto, Attica expeditione occupato, factam Agrippæ, ac* Mæcenati, *precipuis rerum* Romanorum *administratoribus potestatem resignandarum tabellarum, priusquam in Senatum perferrentur. Quapropter ab Augusto singulare sigillandi munus acceperant, quo in occultis & primis rationibus præessent, ac sigillo fidem facerent Sphyngis imaginem preferente. Non fuit tamen à scommatibus ea res libera (scribente Plinio) propter difficultatem ænigmatum, quibus sua Sphynx interdum erat instructa: nato subinde prouerbio, & calumnia:* Mirum non videri, si renata Sphynx, *adferret ænigmata. Itaque* Augustus, *finem sannis imponens, ab suspectæ, & ingratæ consignationis modo abstinuit: Sigillo in Alexandri Magni effigiem commutato. Tandem propria, ac genuina sua imagine sigillauit. Quo genere deinceps* Tyberius, *Caligula, Claudius Cæsar, Domitianus, cæterique ordine* Cæsares *vsi sunt.*

Dion. Plin. Sueton.

Secu-

Securitas altera.



Ferrea crate militari, siue politica, cuius officiū intra propugnacula, & in arcium oppidorumq́ue portis valet, pro symbolari prouerbio vsus est Anglorum VIII. *Rex Henricus. Eiusmodi ad portas militare obstaculum Romæ factum fuisse scribit Appianus, Res Roman. ciuili dissidio vrgente, & Imperium sibi vendicante Sylla: sustulit hoc maleficium Carbonianam turbam, quam (dum conarentur per portam Collinam irruptionem facere) Sylla repreßit: laxatisq́ue insidiariis rastris eorum iniuria & lapsu Senatores ipsi nonnulli, & qui se in Carbonianam libertatem adseruerant, oppreßi sunt.*

Appian.

De-

Dederítne viã casúsue,
Deús ue.



Lotharingiæ familiæ celebritatem & præstan- Chron.
tiam testantur monimenta virtutis auitæ, tres Lotharin.
nimirum alites sagitta profossi, quã iaculatus est
Bullonienfis ille Godefridus in turrim Dauidi-
cam, ostensa signis militaribus per obsidionẽ Hie-
rosolymanã; portentum sanè indicans celsitudi-

 nem

nem & autoramentum Regiæ suæ, ac Hierosolymitanæ creationis. Et huius quidem claram progeniem magnificè testantur Lotharingici Duces hoc Symbolo transfixorum alituum insigniti, per sua & publica numismata, in hunc vsque diem religiosè id obseruantes.

Fortitudo eius Rhodum tenuit.



Equestri Ordini Annunciatorio magnificum nomen, ex suo ab se instituto fecit Amatus Vertius Comes V Sabaudiæ: *Quem insigniri voluit aureo torque: nodis (quos ab amoribus nuncupant) subtilibus & arte implexis, quatuorq; literarijs characteribus æquè distanter interfertis, adpensaque imagine & historia Annunciationis ab angelo Virgini matri facta. Characteres autem superscriptum elogium etiam explicant, & magnitudinē gloriæ Amato primo Comiti partæ, ac cæteris ordine deinceps Successoribus Sabaudiæ, dum classe* Rhodum *peteret, laturus suppetias aduersus Christiani nominis hostes, deq;* Rhodia *& Equestri religione benemeretur.* Designatus *etiam eius Ordinis & præsidiorum* Imperator, *administrationem Rhodianæ militiæ suscepit, & in posteros hæredes transmisit, arcem* Aerensem *obsidione liberauit, ac sublato periculi, & tyrannidis metu, Rhodianis alacritatem, libertatemque peperit. Igitur & autor ipse Comes in eum Equestrem Catalogum se primum nuncupans alios quatuordecim commemorauit, quos eiusmodi torque aureo nobilitaret. Sunt autem hi:* Chron. Sebaud.

Comes Vertius.

Amatus Geneuensium Comes.

Antonius Belliiocensis Dominus.

Hugo Chalonius, Arlaici Dominus.

Amatus Geneuensis.

Iohan. Viennensis, Galliarum Admirallus.
Guillielmus Gransonius.
Guillielmus, Chalamonius.
Rolandus Veyssius Borboniensis.
Stephanus Nothus Baumensis.
Gaspar Monmerius.
Barlus Forasius.
Thennardus Menthonius.
Amatus Bonnardus.
Richardus Musardus Anglus.

Non inferiora secutus.



Solem-

Solemne fuit ac pium, Margaretæ *Illustriß.* Nauarrorũ Reginæ *floris Calthæ Symbolum: cui est tantus quantus vix alij rei vlli, colore natura, imitatione cum sole consensus & affinitas: nam quoquo versum illum adcomitatur, atque per ortum & occasum, pro eiusdem ascensu & declinatione, pandit & contrahit florem*. Porrò *non temere proprium hoc sibi Symbolum adscripsit* Princeps *piissima, sed vt euidenter exprimeret, se cogitatus suos omnes, affectus & vota, actaq; omnia, cælesti & sublimi illi Soli iusticiæ* Deo Omnipot. *soli sapienti, æterno, accepta & commendata facere: vtpote cælestia toto pectore meditans.*

Ante

Ante ferit quàm flamma micet.



Philippus Burgundiæ Dux, hoc Symbolo puta, calibei igniarij & silicis reciproco ictu se confricantium: notauit difficultatem commissorum inter se bello Principum potentiorum: quo fit vt alter tandem ab altero absumatur, sternatur, & in perniciem pertrahatur. Cui coniuncta accedit ingens calamitas, iactura grauior, & periculorum colluuies hinc illinc grassantium.

Pre-

Precium non vile laborum.



Paul. Aemil. *Anno post Christum natum 1429. Senatus Equestris Ordinis ab eodem Philippo Burgundiorum Duce initium sumpsit, à douatione aurei Vel-*

Velleris, magnificum nomen sortitus: adsciuitque adeo hic Dux in numerum amplißimæ, ac nobilißimæ societatis. 24. intemeratæ fidei Heroas, singulos insigniens splendore aurei torquis, in quo ostēditur igniarij illius, multiplicati tota torque, & silicis Symbolum, vellusque aureum in pectus excurrens: imitatus istic (vt putatur) Iasonis claßicam expeditionem in Colchos, hac veluti obseruatione spectandæ virtutis, ac pietatis: cuius tam studiosus Princeps fuisse scribitur, vt Boni cognomen meruerit, eximiasq; benigni ingenij laudes: quarum seriem Epitaphiū eiusdē, ipsius donati velleris inuentionem apertam faciens, explicat in hunc modum:

Pour maintenir l'Eglise, qui est de Dieu maison,
I'ay mis sus le noble Ordre qu'on nomme la toison.

Quod itidem Latino disticho vtcumq; vertere posßis in hunc modum:

Tuta à nobilibus, quo Ecclesia firmior esset,
Nobilis inuentus Velleris Ordo mihi est.

Admißi sunt autem in album istorum torquatorum post Ducem auctorem omnium primi:

Guilielmus Viennensis, S. Georgij Dom.
Renatus Pottius, Rupensis Dom.
Dominus Remblaus
Dominus Montis acuti.

Rolandus Huquerquius.
Antonius Vergius, Dammartini Comes.
Dauid Brimeus, D. Lignienſis.
Hugo Lanoius, Sanctorum Dom.
Iohannes Cominij Dom.
Antonius Tholongeonius, Burgundiæ Marſcallus.
Petrus Luxenburgicus, Comes Conuerſanus.
Iohan. Tremollanus, Ionuellæ Dom.
Iohan. Luxemburgius, Belreuiderij Dom.
Gilbertus Lanoius, D. Villeruallenſis.
Iohan. Villerſius, D. Iſleadami.
Antonius Croij & Renthij Dom.
Florimundus Brimeus, Maſſicuriæ Dom.
Robertus Maminarum Dom.
Iacobus Brimeus, D. Grignienſis.
Balduinus Lanoius, D. Molembæſius.
Petrus Baufremontanus, Charnij Dom.
Philippus Teruantij Dom.
Iohan. Crequius.
Iohan. Croius, Turonij, ad Matronã Dominus.

Flam-

Flammeſcit vterque.



Colliſa in ſeſe duriùs duo laurea bacula, ignem concuſſu reddunt, ſi Plinio creditur. Idem facere leonis oſſa, pleriq; autumant. Sic & concurſu po-

pentiorum certum est oriri grauius periculum: vt verum sit vulgi iactatum prouerbium: Dura duris non quadrare in opere sartorio. Huius Symboli descriptio ad S. Andreæ quam dicunt crucem pertinet, qua & domus Burgundica signis militaribus prodiens solebat in aciem venire, tametsi interpretationem non per omnia similem recipiant.

Idest, Eius erit quem cõtinget.

Sara à chi tocca.



Formi-

Formidabilem ac præsente periculo plenam esse Principis iram admonitus disce ab exemplo ignitæ ollæ, aut vasis feruore, quod in turbam si ruat, absque nocumento id fieri nequit. Symbolo hoc videmus olim Iohan. Borbonium Ducem *vsum, plerisque in locis sui soli Borbonici, & Eleutheropoleos, seu Villæfrancæ Beauioloiæ.*

Nil penna sed vsus.



Greg. *Videas* Struthiocamelum,*siuè struthionem stupendo apparatu,plumarum ostentatione, volatum monstrificum conari , nec eo quicquam ampliùs à solo leuari.*Facit *quod hypocritis propriũ est , quibus splendida foris , ac turgens religionis sanctimonia,verùm præter simulationem si vltra scruteris,delitescunt intus & ex aduerso mendacia.*

Hu-


Humentia siccis.



De ijs qui prouerbio ignem & aquam circunferre dicuntur intelligi potest, Galeatij Vicecomitis I I. Mediolanensium Ducis *Symbolum: quod is vsurpare solebat.* Titio *seu Sudes erat ardens, vasculis duobus susque deque aqua repletis. Quamuis pressum altiore indagine aliam interpretationem adferat, animi scilicet passiones in homine cœlesti beneficio, ductúue rationis extingui. Super hæc & eo ipso* Ducis *illius magnanimitas significatur, vt qui* Flandrum *quendam illustrem, qui prior eodem vtebatur Emblemate, monomachia gloriosè superarit, ac propterea hoc illius Symbolum pro victoriæ monimento, victoq; ex hoste trophæo sibi vendicauit.*

Sola

Sola viuit in illo.



Summæ pietatis Heroina, *Diana Pictauiensis, Illustrissima* Valentinatum Ducissa, *firmam de resurrectione mortuorum spem fouens, quæ fit morte in alterius vitæ commigrationem, cæle-*

ſtium conſideratione animum ſubinde paſcebat. Veriſimile itaque, eam hoc exemplo affectus pios oſtendiſſe. Eſt enim ſepulchrum, & ex eo micans ſpiculum virentibus ramis exornatum.

Reſtat ex victore Orientis.




Saladinus Sultanus Babiloniæ, & Damaſci, Aegyptiq́ue Rex, regnante in Gallijs Philippo Auguſto, moriturus Aſcalone, ſtatuit, vt interius induſium ſtatim à morte per Aſcalonem ciuitatem ab Oeconomo ſuo lancea per medium tranſfixa circumferretur, præcone altum exclamante: Hiſt Eng. Monſtreleti.

Floruit in toto qui Rex Oriente potenter,
En iacet, hoc præter contulit atque nihil.

Certiſſimum monimentum hoc ſit potentiſſimo cuique, omnia morte auferri, nudumq́ue è viuis migrare, non ſecus atque inopem & viliſſimum quemque.

Auctor ego audendi.

Ensem flāmis coruſcantē Carolus Tituli S. Martini Cardinalis Borbonius pro Symbolo ſuo præferebat. Quo & ſignificari voluit, gladium Prælatis, & Eccleſiæ miniſtris, puta ſpiritus, propriè conuenire, qui (differente Paulo) eſt verbum Dei.



Non

Non quæ ſuper terram.



Alimentum ſpiritus panis eſt cœleſtis, ſeu Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ſub typo mannæ præſignatum: quod in cibum Iſraelitarum olim è cœlo demiſſum eſt. Symbolũ hoc à Reuerendiſſimo D. Cardinale Turnonio vſurpatur. Exod.16.


Ab insomni non custodita Dracone.



Nequicquam aduigilante dracone Hercules ab horto Hesperidum rapuit aurea mala. Quibus virtutes passim, & clara facinora intelliguntur. Quo Emblemate vtitur R. D. *Cardinal*. *Ferrariensis*.

Non

Non quàm diu, sed quàm bene.



Cultrum Philosophicum à D. *Thoma Aquinate plerique asserunt fuisse fabrefactum, sed diuturna astrorum obseruatione, eumq́ue talem confectum vi syderum, vt incudem per medium secaret. Arguendum ex hoc, non esse rebus rite perficiendis spectandam temporis moram, dummodo ad amussim omnia transacta sint. Vnde Suetonius* Augustum *Cæsarem dixisse scribit:* Sat citò, si sat bene. Suet.

Quæ


Qua Proceres abiere pij.



Prophetã Heliam corpore & anima igneo curru per æthera sublatum legimus: eadẽ metaphora
4. Reg.2. *veri adoratores in spiritu ac feruẽti meditatione cælos vsq; sursum conscendunt. Quò fit vt credamus pia pectora amplissimis, diuinisque solatijs ditari, & recreari. Alludit & Ouidius eò, Pytha-*

thagoræ mentionem faciens in hæc verba: Ouid.
Mente deos adijt,& quæ natura negarat
Visibus humanis,oculis ea pectoris hausit.

Hoc Latio restare canunt.



Laureolis quōdam & corollis virgarumq́; faſcibus inſtructi quidam Romanos Conſules anteibant haſtati, hoc ſpectaculo ſignificantes triumphos nobiliſsimæ Italiæ, & vniuerſum orbis imperium, ac Romanos laudem & ſummam dignitatem conciliaſſe ſibi ſumma politia, & concordia, & amore erga Rempubl. At verò quæ ſpectantur vincula, & cathenæ, haſtarum libertatem coercentes, ſignificant, ſeruitutem & captiuitatem, quibus exinde ſeditionum ac factionum maleficio turpiter vſque in hunc diem labefactatur Italia.

Ar-

Arbitrij mihi iura mei.



Priscis Alanis & Burgundionibus, necnon Sueuis (teste Methodio) mos fuit signis militaribus præferre felem animal carceris impatientissimum. Quo Symbolo arbitrij, ac libertatis appetentiam suam insinuabant. Method.


Mihi terra, lacusque.



Dion. *Imperatori Augusto tanta fuit Mæcenatis auctoritas, vt illi maris terræque gubernacula committeret. Quamobrem hic pro suo Emblemate ranam figurabat. Nisi forsitan aliàs id in Syriphiar. ranarum quæ, Plinio auctore, mutæ sunt, significationẽ*
Plin. *faceret. Hoc enim pacto tutum, velatumque secretum, ac fida taciturnitas repræsentari potest. Quæ virtus ipsi adeo Mæcenati familiaris fuit, vt hunc*
Eutrop. *eo nomine Augustus ipse non parum veneraretur: non minùs eiusdem aduersus inuidiosa scommata odium admirans.*

ΦΩΣ

ΦΩΣ ΦΕΡΟΙ ΗΔΕ ΓΑΛΗΝΗΝ. Id est: Ea lux serenitatem adfert.



Serenissima Francorum Regina Catharina Irim dem cælestem, certißimum splendidæ serenitatis, ac tranquillæ pacis signum pro Symbolo vsurpat.

Vltorem vlciſcitur vltor.



Froſſard. *Carolus* v I. *Galliarum* Rex *dum animo indulget ſuo in vlciſcenda Oliuerÿ Cliſſonÿ Conneſtabilis*

lis sui causa aduersus Petrum Craonium, infaustum ex crimine finem consecutus est. Quod & vsuuenire certum est ijs qui præcipiti libidine in vltiones procliuiores sunt, præsertim in causis aliorum. Instruxerat is exercitum in Britonum prouinciam, de Duce pœnas sumpturus, quod Craonianæ causæ patrocinaretur. Faciente igitur illo iter per saltum Mansensium, siue Cænomanorum, occurrit sub medium duarum arborum vir quidam incognitus, paupertatem præ se ferens, arreptumque chamo Regium equum, Regemque sistit, sic locutus apertè: Ah Rex, vltra ne pergito, sed potius redito: es enim à tuis venditus. Quæ res supra modum Regem ipsum territauit, atque adeo commouit, vt metu totus expalluerit, horroreq; infremuerit: huc etiam eo malorum accedente, quod vehementer adhuc iuuenis ac rerum imperitus esset, valetudinarioq;, & febrili corpore. At verò exercitus Præfecti, confirmantes Regis dubiam sententiam, audentiùs pergebant. Egressos memoratam syluam sequebantur æstuantes Regij pueri duo, quorum alter caßidem Regiam, hastam alter militarem manu gerebat. Hoc autem dormitante, in caput illius qui caßidem ferebat, Regia lancea excidit. Eo strepitu Rex, ac spectro hominis illius ignoti adhuc perturbatus, fremebundus subsilijt, ac furenti similis ensem vibrat, nulloque suorum ordine, rationéue habita, velut inter medios hostes ferens erumpit in hæc verba: agite, agite, per-

dite proditores. Regijs pueris fuga sibi consulentibus, sensit vim tragœdiæ Regis frater, Aurelianorum Dux, non procul à Regio latere subequitans, quem ipse Rex summo impetu, ac vibrato mucrone, sic aggressus est, vt nisi Ducem celeritas fugiendo liberasset, de vita periclitaretur. Tandem labore fatigatus Rex, equusq; ad ingentes concursiones fatiscens ab equite quodam sistitur, & ad Cœnomanos leniùs reducitur, animo vsqueadeo consternatus, vt valetudinem desperatam præ se ferret. Quò factum est, vt ea militaris inchoata expeditio cessaret, exercitusque solueretur. Postquam verò in Regiam venit, factus est Rex solitò debilior, ac subinde valetudinarius, adeoque in posterum intermittenti recurrentique phrenesi obnoxius, vt ea res miserabilis admodum fuerit, & ex ea infœlici expeditione magnum certè infortunium accesserit ipsi regno, quod vel in hunc vsque diem persentiscit vulnera seu vestigia tantæ calamitatis.

Colli-

Colligauit nemo.



Extat etiamnum ærea moneta Augusto Cæsari inscripta, in cuius altera parte typus est Crocodili palmæ arbori adligati, addito Prouerbio:

Col.nem.id eſt, Colligauit nemo. *Quo Symbolo indicare Cæſar voluit, neminem ante ipſum de victa Aegypto triumphaſſe. Quippe Aegyptum refert Crocodilus ſolus in flumine Nilo (cuius exundatione Aegyptus fœcundatur) repertus. Præterea verò impoſitus palmis eſt Crocodilus, quò ſpectatores admonitos faciat, per Aegyptum ab Auguſto pio Principe triumphos ductos, cuius victoria & pace parta, velut pluuiali ſolatio, & beneficio recreari Aegyptum portendit. In ſumma, Auguſtum aduerſus Antonium & Cleopatram clarum præualuiſſe hoc Symbolum ſignificat.*

Latet anguis in herba.



Dum legimus flores, & humi naſcentia fraga, tam accuratè à colubro nobis cauendum eſt, quàm is facilè nos mortifero veneno ſuo perimere poteſt. Sic & ſpecioſis ac plauſibilibus autoribus libriſue le-


gendis vigilandum, ne in absurdas aut minùs æquas sententias, opinionesúe incurrentes, animorum iacturam faciamus.

Labuntur nitidis, scabrisq; tenaciùs hærent,



vt muſcæ à leuibus locis veluti ſpeculis delabun-tur; aſperis & cauis inſident: ſic proſpero rerum ſta-tu facilimè excidere ſolemus, cùm in aduerſis nos vtcunque ſuſtineamus. Plutarch.

Te ſtante virebo.



Reuerendißimo Cardinale Lotharingo Cluniacensem Abbatiam suam nouißimè ingressuro pro cœnobij valuis erectum erat ipsius Emblema, videlicet, Pyramis in summo apice nouilunium ostentans, & ab imo ad summum vsque viridanti hedera cincta, ac subsequentibus his Gallicis versiculis circumsculptis adornata.

Quel Memphien miracle se haussant,
Porte du ciel l'argentine lumiere,
Laquelle va(tant qu'elle soit entiere
En sa rondeur)tousiours,tousiours croissant?

Quel sacre saint Lierre grauissant
Iusqu'au plus haut de cette sime fiere,
De son apui(ô nouuelle maniere)
Se fait l'apui,plus en plus verdissant?

Soit nôtre Roi la grande Pyramide,
Dont la hauteur en sa force solide
Le terme au ciel plante de sa victoire:
Prince Prelat,tu sois le saint Lierre,
Qui saintement abandonnant la terre
De ton soutien vas soutenant la gloire.

Quos quidem Gallicos versus vtcunque Latinè sic vertere liceat:

Heus,

Heus, noua quæ Lector Memphitica pyra- Ouid.
mis isthæc,
Cornua quæ Phœbes vertice clara gerit,
Phœbes, continuo crescit quæ tempore, do-
nec
Nocte suum toto fundat ab orbe iubar?

Et sacra quid sibi vult hedera hæc serpensque
ligansque
Pyramidem, summum hanc culmen adus-
que petens:
Illius & nixu fulcrum sibi conficit arctum,
(Mos nouus) & circum hanc vndique to-
ta virens?

Pyramis hæc est Rex, qui Maiestate verẽdus,
Vel posuit summo clara trophæa Polo:
Ast hedera hæc sacer Antistes, clarissime
Princeps,
Tu fueris iusta cum ratione mihi:
Nam tua quæ virtus, planè mortalia linquẽs,
Ipsius laudis sustinet ipsa basim.

Inter

Inter eclipses exorior.



Prægrãdus & magnificus ille crater aureus Delphini Regij, priscũ illum Apollinis corui craterẽ, quẽ inter lucida syderа relatũ Poëtæ fabulantur, mihi referre videtur. Ceterùm Inscriptio seu additum Apophthegma ad felicem eius natalem trahi potest.

Talis quidem est interpretatio Paradini. Atqui ego ad paternam, quæ est: Donec totum impleat orbem, alludere voluisse putauerim.

Fi-

Fiducia concors.



Exercitus Romani *Imperij anteibāt signa expansum palmum hoc typo ostētantia. Videas & hoc passim tum in numismatibus antiquis, tum in illustri eo antiquitatis monimento. Designat igitur signū hoc vetus beneficium ceu manum* Concordiæ *cuius conspicitur effigies, mox ipso limine Commentarior. de R. omanor. Repub. quos Vuolfangus Lazius sedulus vetustatis indagator, Romanorumque Regis Medicus. & Historiographus in lucem iam recens emi.*

Sci-

scilicet is Superis labor est.



Non

Non procul à valuæ ædium Lacedæmonij Senatoris Leontychidæ, claui sese olim serpens viuus circumuoluerat. Relatum hoc ad augures, ac diuinatores, *prodigium esse apud Senatorem contendebant. Quibus ille sic infit: Mihi profectò haudquaquam res prodigiosa videtur, si claui sese sinuosus anguis implicuerit: sed è contrario potiùs, si clauis serpenti sese circumuoluerit, ostentum haudduliè fuerit.* Hoc *lepido scommate prudentissimus Senator eorum stultæ illusit superstitioni. Qua certè vel in hunc quoque diem infecta est nimia vulgi credulitas circa nonnullas interdum res quæ casu, etiam quamlibet naturali, modo tamen insolito, oriuntur: cum sint, inquam, si propiùs exquirantur, naturæ planè consentaneæ. In summa, huiusmodi superstitionibus adesse videtur aut præposterum iudicium, aut inconstantia fidei: quæ humano captui plerumq; deprauatus traditionibus talem corruptelam inducit.*

Horrent commota moueri.



Exaſperati, fumantiſq; vrſi ſæuitia, neutiquam eſt prouocanda: quemadmodum nec hominis ira perciti maleq́ue affecti, indignantiſq́ue animus, à quo nil niſi periculoſum, & exitiale poſſit expectari, haudquaquam vlteriùs eſt iritandus.

Si sciens fallo.



Populus Rom. positis armis, pacem facturus cum hoste, solemnem, eamq; firmam hisceremoniis statuebat, vt is penes quem facta fuerat cum hoste transigendi potestas, suem siluce, saxóue feriret, proferens hanc sententiam: Fl. Blond.

Vt scrofæ vobis præsentibus accidit isti,
Sic mihi contingat, fallere si hic cupiam.

Inuitum fortuna fouet.



Strabo. *Polycratis Samiorum Tyranni tanta fuit secundis rebus fortunæ arridentis cum perseuerantia successus, vt eam vel minuere, vel immutare aliquando tentauerit: sumptuosissimo nimirum annulo in mare proiecto. Qui tamen ipse in cuiusdam à piscatoribus capti piscis ventre repertus est. Quod ob factum Persarum Satrapa Tyrannum hunc postea interceptum, & apprehensum suspendi misereque strangulari iussit. Sic blandimenta splendorúe fortunæ (quę mundus hic passim pro fœlicitate ducit) nec certa, constantiaúe sunt, aut diu mansura: sed quò fulgentior apparet, cò ferè faciliùs, ac celeriùs, quemadmodum & natura fragile vitrum, leditur.*


Ec-

Ecquis emat tanti sese dimittere?



Meminit Valerius Maximus Regis cuiusdam, qui, quum ad manum venisset oblatum diadema, restitit paulisper, priusquam in caput poneret, & meditabundus in hæc verba prorupit: O nobilē magis, quàm fœlicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quàm multis solicitudinibus, & periculis, & miserijs sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet. Val Max. lib. 7. c. 2.

Comminus quo minùs.



Lacedæmonius quidam olim à nonnullis ideo pusillanimitatis notatus, quòd in scuto depictam habere muscã, eamq; vulgari non maiorem, quasi hac indicatione pugnam subterfugeret, & instar muscæ nollet ab hoste palam videri, respondit: quinimo ego cominus hostem excipio, & sic adorior, vt quamuis pusillum sit signum, possit vel ab hoste cognosci.

Transfundit pasta venenum.



Sunt quidam adeo deprauati, atque natura contumeliosi, vt auditis atrociß. quibusque virulentarũ linguarũ percipiẽdis calumnijs delectentur, quo postmodum, si quemquam ab ijs insectari contingat, eum ipsum magis ad viuum pungant, atque, si possint quidem, mœrore ad necem adigant. Qua in re illi ipsi imitantur vespas, quæ serpentem auiditate summa depascentes, aculeos suos venenatiores, ac

proinde accepta ex ijs periculosiora, lætaliora'q; vulnera efficiunt.

Celsa potestatis species.



In

In Pompei Magni sigillo annulari (in quod Iulius Cæsar illo interempto ad se allatum incidens, plutarch. *amarius fleuit) Leonis ensem vibrantis cœlata erat effigies, scribente Plutarcho, in arduæ forsitan, & tardatæ signum expeditionis.*

Prostibuli elegantia.



Sapiens noster in Prouerb. suis collationem facit scrophæ in rostro annulum aureum gestātis cum mulieris prostitutæ decore. Pro.11. Circulus aureus, &c.


Ardua deturbans vis animosa quatit.



Ad difficiles res, & arduas superandas, summa industria, labore, ac diligentia opus est: aquile videlicet exemplo, quæ dum ceruum adoritur, in eius cor- Plin. *nua sese conijcit & conquassat, puluereq; (quem plumis suis priùs ad hanc rem congerit) ita luius oculos opplet, vt tandem de rupe aliqua, vel montis altiss. iugo sese ipse præcipitem det.*

Via

Vias tuas domine demonstra mihi. Psal. 24.



In quarta ea triremi, quam ipsi Cæsari ad suam illam expeditionem Tuneticeam *Andreas* Dorius, Imperij *Admirallus fabricari iussit, radiantis sideris, & vndequaque velut per gyrum sagittis emicantis simulachrum erat, in continuam Diuini ductus, & potestatis in hac expeditione imploranda admonitionem.*


Vnica

Vnica semper auis.



Quemadmodum Phœnix semper vnica, sic opti-
Theoph. *ma queque, & preciosissima sunt inuentu difficilli-
ma. Vsa est hoc Symbolo Sereniss. Heroina D. He-
lionora ab Austria, Francisci Galliarum Regis
vidua.*

ΑΠΛΑΝΩΣ. Id est, Nō fallax.



Ensis

Ensis bellicus, atque liliatus,
Armata ille manu inque brachio
Cum Græca appositaque dictione,
ΑΠΛΑΝΩΣ, *sine fraude, quæ explicatur,*
A Connestabilique gestitatus
Illustri Duce Mommerensiano
Nunc pro Emblemate, Symbolo suoque,
Veram significat fidelitatem.

Riens

Riens ne m'eſt plus,
Plus ne m'eſt riens.

Id eſt: Nil mihi præterea, Præterea mihi nil.



Remus ardens ac flammatus, Symbolum Gallici Admiralli Andreæ Lavalli fuit. Spectatur hoc in suburbio oppidi Melunensis. *Estque feruentis & officiosi in* Regem, *patriamque zeli indicatio, præsertim verò in susceptam per* Oceanum *nauali prouincia.*

Fata viam inuenient.



La-


Labyrinthi symbolum, quod Boisdelphini Dominus, nunc Ambrunensis Archiepiscopus vsurpat, significare forsitan potest, nos ad viam æternæ vitæ inueniendam à Dei gratia duci, ea sanctorum illius præceptorum velut filum nobis ad manum exhibente. Quod semel arreptum perpetuò insequentes, à periculosis aberrationibus formidabiliũ mundi huius anfractum diuertamus.

Quid non mortalia pectora cogis?



Cleopatra grauiter ferens, & indignans, M.
Plin. *Antonium toties amorũ suorũ periculum facere, quodam olim in conuiuio, siue quo huic de ea in posterum occasionem præberet, non ampliùs diffidendi, siue aliam ob causam, voluptuosè admodum & prisco more deliciari cœpit: varijs nimirum, quorum erant veneno perlitæ frondes, florum corollis. E quibus capite gestatis plexas, atque contritas aliquot in eius pateram conijciebat, illi persuadens, vt ebiberet. Verumenimuero dum id facere tentaret, admota manu sic infit: Ah anime mi Antoni, ego certè ea sum, quæ, si absque te viuere possem, tibi hoc ipsum, quod curiosis tuis tentamentis formidare videris, iustam nunc efficiendi causam, & occasionem habeo. Atque hinc quæ mulieris impudicæ fides esse queat, cognoscere est.*

In sibilo auræ tenuis.



Melancholiæ Musica ex natura sua inimica est, atque hinc furorem ex vehementi melancholia natum sedare valet. Quocirca & grauedinem ab atra bile flegmatibus obruta suffocataque manantem excitare potest. Quo morbo retulit quidam vidisse aliquando sese quendam affectum, atque adeo consopitum, & indormientem, vt ab eo ne verbum quidem extorqueri potuerit, præterquam lyra personante, ad cuius symphoniam, caput arrigens, ridebat, ad quæsitaq; respondebat. Quæ res argumento est, non
4.Reg. 2. *paruam esse cum anima Musicæ affinitatem. Quod & ipsum liquidò nobis Heliseus Propheta demonstrauit, dum ad spiritum suum Propheticum reuocandum, atque pro populi sui, extrema siti pereuntis, remedio, ad Deo supplicandum, sibi citharœdum accersiri iussit: atque ad hunc modum quod precibus suis, supplicationeq; postulabat, à diuina clementia*
1.Reg. 17. *impetrauit. Iam verò consummatus lyricen ille Dauid an non Saulis Regis animum maligno spiritu agitatum consolabatur, & refocillabat cum huic, quàm diu citharam ille pulsaret, infestus esse malignus spiritus desineret? Symphoniaca hæc proinde Musica diuini quiddam obtinet, cum non tantùm ægris corporibus valetudinem restituat, verumetiam animam ad contemplationem erigat, eamq; consoletur, & quasi cælicam efficiat. Quocirca & dæmonibus ipsis, qui certè sunt aliud nihil, quàm desperatio, animi contractio, terriculum, pertinaxq; desolatio,*

latio, inimica est. Denique vt in Musica ex vocibus differentibus concors symphonia conficitur, ad eundem modum & ex contrariæ naturæ, morumque hominibus vnanimis fieri consensus, & concordia, Deo ipsi præ cæteris rebus vniuersis accepta, conseruari potest.

Finem transcendit habendi.



Improba Caliphæ Baldacensis, Machometicæ *Legis summi Pontificis auaritia infælicem ei peperit exitum: hunc enim prælio captum pro sua insatiabili auiditate Tartatorũ Princeps* Haalon *tractari iussit, nimirum vt edaliorum loco præter immanes, atque auroplenas lances, & vasa nihil apponeretur, eique, quoties hæc afferrentur, à ministris in hæc verba insultaretur:*

Sume, vora, rebus præ cunctis ista cupisti:
Sume, vora, & tandem te saturato semel.

 Heu


Heu cadit in quenquam tantum ſcelus?



Sic

Sic luerunt innocentes adolescentulæ patris sui Cœlius
Dionysij Syracusani Tyranni iunioris commissa facinora: Locrenses enim, patre Dionysio *è Regno deturbato, sæuitiam illius vlciscentes, ob stupratas ciuium suorum filias & cõiuges, tenellas adhuc virgunculas illius filias quibuslibet stuprandas permisêrunt: demum nulla innocentiæ ratione seruata, sed Barbarica truculentia adactis in vngues manuum aculeis inaudito dolore vsque ad mortem persecuti sunt.*

Pressa est insignis gloria facti.



Missa

Nicomediæ olim Imperatoris Iuliani Apostatæ Christianis scholarum vsum, & omnem circa Rempublicam administrationem interdicens sanctio publicè suspensa est: quam Diuus Iohan. Martyr, *Christianæ* Religioni *tyrannide quauis, omniq; genere suppliciorum magis leni exitia esse animaduertens, propalam auulsit, atque lacerauit. Quo facto & magnanimitate docemur, nullam esse debere humani commenti quantamcumque etiam interminationem vsqueadeo formidabilem, vt conscientiam nostram nutare, aut dissimulare quid cogat.* Histor. Ecclesiast. Martyrol.

Cedo nulli.




Termini, Romanorum Dei, qui ne Ioui quidem ipsi cessit, effigiem Erasm. Rot. pro Symbolo vsurpabat. Quam rem illi Carbaialus Franciscanus vitio vertit, eidem improperans, ac obijciens id ab Erasmo nimisquam arroganter factum, vt pote qui nemini mortalium doctrina cedere vellet. Tametsi ea quo-

que

que ſententia de morte, vltimo, extremoq́ue omnium termino, quem nemo vnquam ſubterfugere valeat, accipi poſſit. Quo reſponſo ipſi Carbaialo ſatiſfecit.

En altera quæ vehat, Argo.



Fuit priſcis ſeculis Franconum, *ſiue* Francorum *gens naualis, & pyraticæ artis exercitatiſſima, ſi Latino Pacato, Sidonio Apollinari, ac Beato* Rhe- Latin. Pacat. Sid. Apollinar. B. Rhen.

nano credimus. Placuitq; genti, vt quacunque sibi regione vrbis condendæ locũ sedemq; sibi deligerent, ei suo nautico honori & antiquitati conueniens Symbolum nauis amplissimæ dicaretur. Quod quidem ea forte insignita incomparabilis Parisiorum Lutetia sibi vetusto nomine vel in hunc vsque diem
Method. *etiam vendicat. Neque verò absurdum est, hoc ipsum illos à Gepidis, idem antea quoque vsurpantibus per Germanicum Oceanum claris mutuasse: natione fortassis Troiana & à longinquo mari illuc delapsa post Troiæ subuersionem. A qua nimirum* Troia Francorum Nobilitatem *originem traxisse vulgo creditur.*

In-

Insperatum auxilium.



M. Valerius Romanus *cum Gallo quodam adversario monomachia dimicans olim insperato auxilio beatus est; vtpote in cuius caßidem coruus inuo-* Liuius. Plinius. Gellius.

uolans, eique insidens, ita hosti oculos vellicarit & obfuscarit, vt à Valerio tandem superatus sit. Vnde Valerius hic ab eo coruo Coruinus etiam cognominatus est. Quamquam si victoriam ipsam spectes, non eam sibi virtute propria, sed diuina prouidentia vendicare poßit. Nihilominus tamen eidem Coruino ab Augusto Cæsare statua erecta est, cui coruus in galea sublimi sederet, in huius portenti monimentum.

Ta-

Tutum te littore ſiſtam.



Anchoræ Symbolum huc adscripsimus in signum
Heb.6. *spei salutis nostræ in Saluatore N. Iesu Chr. qui certiss. ac extremum azylum est, ad quod nos perpetuò in augustijs constitutos confugere decet. Verum quidem est, olim eam Anchoræ inscriptioneus à Seleuco Syriæ Rege in annulo suo sigillatorio vsurpatam, sed hoc ea de causa tantùm, quòd ex Diuinatorum, Augurumque definitione, illius Regnum*
Appian. *effigies anchoræ præsagierit. Super hæc illud ipsum quoque Symbolum Titus Imperator sibi vendicauit, sed hoc etiam alia ratione, quemadmodum alibi postea dicemus. Denique & illud idem sibi adscripserunt, atque etiamnum hodie adhuc adscribunt Admiralli complures, in signum (vt apparet) officij sui in expeditionibus, prouincijsque naualibus.*

Quò

Quò tendis?




Præter alia quæ secum lingua trahit incommoda, D. Iacobus eam prædicet veneno tinctam, & mortiferam, temoni nautico (cuius ductu totius nauis moles regitur) illam conferens. Quæ quidem sententia cum Biantis de eadem opinione concors est: vt qui Tyranno Aegyptio Amasis qui sibi integram feram immolatam hac lege transmiserat, vt eiusdem quod deterrimum, probatissimúmue esse censeret, sibi remitteret, solam linguam remiserit. Cum igitur tanti momenti sit ea corporis portiuncula, nemini mirum videri debet, quod septis, & quasi valuis duplicibus eam natura repressit: quarum patefactione, citra prudentiæ rationisq́; arcem illius, atque vim moderantis consensum, fruisci non debet: Alias vbi abśque præmeditatione linguaexcurrit, horrenda res est transitus huius vestigium, periculosusq́ue ac infaustus exitus.

Iac. 5.


Pæ

Putrescet Iugum.



Computrescet iugum à facie olei, *scribit Esaias libertatem spiritus per aduentum Christi re-* Esa.10.
stituendam, vaticinatus. Per quē adoptionis ac Dei *filij, & hæredes, in* Dei *charitate, præceptorumq; obseruatione augescentes, oneroso illo iugo legali & seruitute abuincti laxantur. Quandoquidē hoc* Spi*ritali* Iubil*æo, conscij delictorum absoluuntur, debita remittuntur, proscriptis & extorribus in patrium solum reditus conceditur, hæreditasq; restituitur, seruis, hoc est, peccato venundatis seruile iugum illud excutitur: idq; beneficio* Iesu *Christi, veriß. olei, & vnguenti misericordiæ alacritatis, & gratiæ.*

Nec fas est, nec posse reor.



Non qui vinclis ferreis, carcereúe detinetur, sed qui vitijs, & sceleribus inuoluitur, captiuus est iudicandus. Quanquam enim in Herodis carcere duplici cathena vinctus seruaretur Petrus Apost. suppetias illi tamen angelo ferente, necesse ab illius manibus eadem cathena excidere habuit, quò is per ostium ferreum, Diuina voluntate (quæ humana, quantumuis potenti machinatione vel conatu præpediri neque potest neque debet) tum vltrò patens, euaderet.

Semi-


Semine ab æthereo.



☞ *Eadem terra que* Core, Dathan, *& Abiron factiosos, & Aaronici sacerdoti, diuinique ministerij perturbatores absorbuit, idipsum diuinitus in Leuitica tribu, ac non citra mysterium, comproba-* Num.16. & 17.

uit, dum inter cæteras Iſraelitarum tribuum vir-gas in tabernaculo Domini erectas poſtridie vna Aaronica germinans, ac florida, nec non & amy-gdala proferens apparuit.

Ventura deſuper vrbi.



Calamitosa Hierosolymitanæ *vrbis subuersio* Ioseph.
post Christi Domini passionem à Romanis facta, Egesipp.
compluribus portentis certò ante indicata est: præsertim verò comati syderis in medio igne ad formam rutili ensis apparentis, totoque anno etiam supra templum Hierosolymitanum *immoti consistentis: veluti signo, diuinam iram de Iudaicæ gentis impietate per ignem, ac sanguinem sumpturam supplicium. Quod & ipsum non modò contigit, verumetiam cum vsque adeo rabida fame, vt eius adacta violentia non defuerit infelix mater, quæ proprium filium manducarit.*

In vtrumque paratus.



1.Esd.4. *Israeliticus populus à suo è captiuitate Babylonica reditu, ob continua hostiũ impedimenta & inuasiones, altera manu arrepta trulla, Hyerosolimitana mœnia reædificare, altera strictum habere gladium coactus est. Quæ res mysticè Christi Ecclesiæ ministros præfigurabat: vt qui ad erudiendos ignaros, & restituendos errantes in Fide (qui veræ ruinæ sunt) tum sedulò huc vacare teneantur, tum etiam præterea semper ancipiti gladio verbi Dei aduersus pe-*

periculoſos, & capitales hoſtes (qui vitia ſunt, & ſcelera)cordate depugnare.


Vindice fato.



Sim-

1.Reg.17. *Simplex adhuc, & pusillus opilio David, verumtamen armatus cælesti gratia, cum formidabili gigante Goliath monomachiam inire non dubitauit: ac non quidem Saulis Regis vsus armatura, sed contentus funda, silicibus quinque limpidis, & pedo, formidabilem alioquin hostem strauit, & de eo triumphauit. Ad eundem modum, vt metuendum illum, & periculosum humani generis hostem diabolum superemus, sola nobis fidei constantis arma, fidelisque spes, & constantia in passionis Saluatoris nostri Iesu Christi & crucis merito satis sunt.*

Nil solidum.



In Rom. Pontificum inauguratiore, interea dum de more sacellum D. Gregorij (in quo & plerique Rom. Pontifices inhumati iacent) Papa declaratus

claratus prætergreditur, ipſum præit ceremoniarum magiſter, geſtans arundines, ſeu caunas duas, quarum alteri ſurſum appoſita eſt candela ardens, quam alteri cannæ, cui ſuperpoſitæ ſtuppæ ſunt, adhibet, inceditque, dicens: Pater Sancte, ſic tranſit gloria mundi. *Quod & ipſum tertiò iterat.*

Paradin. hîc 2. Arundinum meminit, cum tamen in ipſa vnam tantùm præferat.

Vtrum

Vtrum lubet.



Aug. Gel. *Claua bellica oliuæ ramuſculo circumligata tam pacis, quàm belli Symbolum ijs exhiberi poteſt, quibus tam huius, quàm illius optionem deferimus. Quod & ipſum olim Antiqui caduceo vnà cum haſta coniuncta figurabant, veluti Romani ipſi Carthagienſibus: aut certè duabus haſtis, quarum altera acie chalybea eſſet armata, altera addito ligneo tuberculo retuſa.*


Agere & pati fortia.



Val.Max. *Adeo sibi ipse indignatus est M. Scæuola, quòd in Tyranno, qui patriam suam opprimebat, occidendo errasset, vt ipsemet ob eum errorem de propria manu volens sumere supplicium, eam ipsam igni admotam adusserit.*

Leu

Lex ex lex.



Aranearum telis persimiles Leges faciebat Val. Max. *Anacharsis Philosophus, quòd muscas minores, papiliones, & id genus animalcula exiliora opprimant, grandiora verò volatilia non irretiant. Quod & ipsum Iudicijs non rarò vsuuenit, dum potentioribus præpostero fauore indulgent, & in pauperes ac plebeios duriora sunt.*


Tutus

Tutus ab igne sacer.



Lituus, Augurale caduceũ, Romulo *priùs sceptrum* Plutarch.
eburneũ, in medijs vrbis Romæ incendijs haudqua- Val. Max.
quã violatus est, sed in ijs omnino illæsus, & integer
repertus est.


Parce Imperator.



Appian. *M. Scæuæ, Iulij Cæsaris exercitus militis strenui in ijs conflictationibus quæ ad Dyrrachium, siue Durazum aduersus Pompeium factæ sunt, dimicantis alter oculorum erutus est, corpusq́; septies perfossum*

fossum, & eius repertus præterea clypeus 120. iaculis confixus, nec non & super hæc (veluti quidem Cæsar ipse refert) eiusdem clypeus 230. locis perforatus: seruata nihilominus ab eodem porta, adituq; propugnaculi cuius defensionem susceperat. Quin= etiam idem dum aliàs in Gallijs solus aciem sustinet, & cum hoste manum conserit, coxa perfossa facieque lapidum iactibus contusa, & casside disrupta, perforato ac è manu elapso clypeo, enseque in varias partes effracto, etiam duplici thorace armatus, magna audacia sese in mare coniecit, natandoque per medias vndas (quas hostium sanguine tinxerat) hoc tandem effecit, vt ad suos rediret. Quò cum peruenisset, vt se armis exutum animaduertit (quod erat militari lege interdictum) cœpit ad Principem exclamare (non confidens adhuc tot superatis periculis) Parce Imperator: armis priuatus redeo. Atque hæc fuit Scæuæ virtus, & magnanimitas, per quam, præmij loco adeptus est Centurionis dignitatem. Cæsar. Sueton Valer.

Euertit & æquat.



Froſſard. *Guilelmus ab Hanonia, Oſtreuentanus Comes, Alberti Bauariæ Ducis filius, Hanoniæ, Hollandiæ, ſimul & Zelādiæ Comes, ſub annum* 1390. *militari ſuo vexillo pro Symbolo præferebat cratis ara-*

aratorij formam auro refulgentem. Quod ipsum etiam in Christianorum expeditione atque exercitu ostentatum est aduersus Aphricam Barbariæ ciuitatem olim Aphrodisium dictam. Quemadmodum autem glebas, & grumos agrorum proscindit & resoluit rastrum aratorium, ita facile est bono Principi, legum, & sanctionum æquitate, ditionis suæ improbos, factiosos, rebelles, & tumultuarios, quique contra suam auctoritatem, ac dignitatem insique se opponunt, coercere.

Vlterius tentare veto,



Blond.

Ante Christi aduentum insinuata fuit Paganis, Gentilibus, & Ethnicis veritas mysticæ Trinitatis in Deo, *velutiq; vaticinio propositus Sabinorum* Deus, *quem Sanctumfideum & Semipatrem nuncuparunt. Deportatus est autem ab illis in Vrbem, asseuerantibus, eum triplicem nomine existere, cum reuera esset vnus. Et si verò* Trino *illi templum consecratum esset in monte Quirinali, tamen vnius solius nuncupationem præferebat. Tantíque*

habitum

habitum fuit triplex illud simulachrū, vt summam in iusiurandu auctoritatem obtinuerit: sub quo intelligebatur trinus vnica potestate Deus: Nempe *Deus Fidius, qui medius erat. Religiosum sanè fuit Sabinorum genus. Quare & inde nomen iure sortiti etiam sunt. Cæterùm non dubium relinquitur, priscas gentes quibus religio fuit charior, ampliorem quoque lucem ac veræ fidei cognitionem habuisse.* Plin.

Ἀπὸ τοῦ σέβειν .j.à religione, ac Deor. cultu, quasi Sebini, auctore Plin. lib. 3. cap. 12. Sil. verò Italicus Poëta dictos putat à Sabo. Sic enim habet lib. 8.

Pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Plinij tamen opinio, propter eandem vtriusq; vocabuli primæ syllabæ quantitatem, verisimilior apparet.

Ser-

Seruitus libera.



Exod. 21. Deut. 15. *Mosaicæ Legis rigor in seruos habebat, vt qui exactũ seruitutis tẽpus impleſſet, optio illi daretur, aut amplectendæ libertatis, aut ſe in perpetuum ſub domini ius mancipandi. Hoc ſi ſeruus eligeret, herus aurem eius ſubula perforabat: eaque dicebatur ſpontanea ſeruitus. Eadem deberet eſſe Chriſtiani hominis, qui velut liber ſeruus ſub lege gratiæ aurem Deo offerat, vt eam Dominus capacẽ & præceptis ſuis obſequentem efficiat: amplexandum ab vniuerſis ſummum dei beneficium. Quod & Pſalmiſta innuiſſe videtur eo loco vbi ſic habet:* Aures (*inquit*) per-

perforaſti ſiue adaptaſti mihi. *Sunt qui lo um Moſis aliter interpretentur: eiuſmodi nimirum ſeruitutem ſpontaneam ſignificaſſe eos, qui ſe terrenis voluptatibus totos deſtinant, nullam ætatem emendationi ſeruantes, nec aliquando in libertatem ſpiritus(quæ eſt ſeruitus per fidem in Ieſum Chriſtum) aſſerere ſe ſtudēt: quare & auris illorum perpetuam calamitatem ſignificat.* Pſal. 39.

Etſi ad hunc modum citet locum illum Pſalmiſtæ Paradinus, vulgò tamen eundem ipſum hoc pacto legimus: Aures autem perfeciſti mihi, non perforaſti.

Sic

Sic terras turbine perflat.



1. Pet. 5. Iac. 4. Luc. 1. *Conditor noster* Deus, *iuxta Diuum Petrum, Iacobum, & Lucam, superbis, elatis, peruicacibus, philautis, & arrogantibus resistit, humilibus autem*

tem dat gratiam. Atque in eo ipsum imitari fulmen videtur, natura sua res infernè constitutas, degentesque intactas relinquens, ac sublimiores tantummodo petens: quemadmodum testatur & Horat. his verbis: Horat.

Sæpiùs ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulgura montes.

Item & Ouidius: Ouid.

Summa petit liuor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

Vel

Velinara.



Galeatius Maria, *Mediolani Dux, Francisci Sfortiæ filius, in tantã molliciem animi & impudicam lubricitatem lapsus est, vt quibuslibet honoratus etiam matronis & virginibus stuprum violentus adferret. Quod ipsum scelus exosum illum vsqueadeo suis, & exteris quoque illi subditis effecit, vt tandem ob illud aliquando ei pessimè cesserit. Andreas enim Lampugnanus quidam* Mediolanensis *Aulicus, adiutus duobus etiam aliis sequacibus, grauiter ab illo offensus (præsertim verò quòd*

quòd esset intolerabilis illi oppressio cuiusdem Abbatis fratris sui, quãaduersus hunc Dux idẽ in ipso cœnobio exercebat) in Ducis necem coniurauerunt. Quam quidem postea quam animo conceperat Lampugnanus ipse, veritus sæpè Principis personam adoriri, vel impetere, vt cuius illum decor, ac forma reprimeret, & stupefaceret, rationem excogitauit, qua in hoc instituto perseuerare, & confirmari posset: nimirum Ducis in tabula imaginem ad viuum exprimi curauit, in quam quotiescunq; occurrebat, mucronem accedens figebat. Ea vsus confirmatusque agendi consuetudine, ingressus aliquando templum cum coniuratis, Ducem, satellitio alioquin stipatum, quasi salutaturus, adoritur, ac ter illato potenter in ventrem vulnere, mortuum sternit. Hunc finem miser ille, ac sceleratus Princeps habuit, qui nequaquam obseruarat dictum illud Claudiani:

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila,
Quàm tutatur amor. *Et re vera Creator noster, atque vltionum Deus, nobis amicitiam, atque pacem tantopere commendãs, haud dubie quicumq; secus agunt, cumq; offendunt, vbique, ac vel ad aras vsque etiam punit.*

K Cæ-

Cœlitus impendet.




Cicero.

Dionyſius Tyrannus, Siciliæ Rex, olim aliquando à Thraſonico paraſito quodam, Democle nomine, ob opulentiam, & Regiũ apparatum immodicè ſe laudari, atq; adeo, vt eum prioribus vniuerſis mortalibus fœliciorem prædicaret, animaduertens, aſſentatori ſuo reſpondit ad hunc modum: Quandoquidẽ, inquit Dionyſius, omnino tibi noſtrum vitæ genus placere videtur, o Democles, age, lubetne tibi beatitudinem noſtram experiri ac de fortuna noſtra guſtare? Cui Democles: Placet, inquit, Here, ſi tibi hoc viſum eſt. Quocirca inſterni iubet Tyrannus illi thalamum auro refulgẽtem,

tem, stragula apponi acupictu rata, erigi abacos instructos argenteis vasis arte & ingenio fabrefactis, tum circũ mensas adstare eleganti forma, vestitúue adolescentulos, ad omne Damoclis *imperium quasi obsecundaturos. Aderant vnguenta, corollæ, cæteráq; odore fragrantia: instructa erat mensa delicijs adeo, vt* Damocles *sibi videretur in summã fœlicitatẽ transcendisse, donec iubẽte Tyranno ensis è laqueari nudus, cuspide supra verticẽ assentatoris imminẽte, filo equino subtenui impenderet. Ibi admonitus ille, ac præsente periculo trepidans, ad istiusmodi, quas putarat, beatitudines nauseabat, ac neglecta adolescentum forma, & quicquid esset reliquum deliciarum, vna cum aureis vasis, corollis, & odoribus fastidiebat, ac metu plenus supplicabat, vt eiusmodi ludicris supersederet* Rex, *tam periculosam fœlicitatem à se deprecans. Qua in re satis expressit Tyrannus, beatitudinem esse nullam, vbi continuus esset metus, & grauissima extremi exitij angustia: maximè vero si hoc referamus ad vltionis diuinæ gladium, perpetuò supra infœlicium peccatorum ceruices fragili, tenuissimóque filo impendentem.*

Satis.



Heraclitus, Athenienses liberalis naturæ dotibus contentos esse debere, quòdq; summa cum pace, tranquillitateque viuerent, si modò prudentes essent, significare cupiens, vitro aqua pleno farinam manu iniiciebat.

Vn

Vis eſt ardentior intus.



Quemadmodum per caui trunci, & aridi medium ignis accenſus, non negligendum periculum adfert, ab innato latenter incendio, ſic Ciuitas inteſtinis ſeditionibus, & coniurationibus inflāmata ob occultiores Ciuium inſidias formidabile trahit periculum, cum nec facilè paretur remedium, priuſquam ingens in Rempub. accedat incommodum.

Conferri poteſt & hæc allegoria occultis amoribus, quos non ſine graui animorū moleſtia, & dolore exæſtuare intus & plerumq; perniciem adferre experimur.

Premitur, non opprimitur.




Imperatore Galba causis forensibus, pro tribunali ius dicente contendebatur iudicio super equi possessione. videns autem Cæsar testium vacillatione ancipitem fieri coniectura diiudicationem, naturam appellauit adsessoriam, (Salomonis propemodum vsus exemplo, qui maternorum affectuum explorabat iudicium,) statuitq;, vt iurgiosus equus aquatū ageretur capite linteolo obuolutus, qui postea liber reuelato capite dimitteretur, ac cuius equile versus tenderet, eiusdem esse proprius censeretur. Discendum ex hoc, veritatem persona, ac fucis, tegi posse ac premi, opprimi non posse.

Reg. 3. cap. 3.

Ma-

Magnum vectigal.



Erinacius, dum victum sollicitè quæritat, si, quos offendit, fructibus ventrem pascat, non contentus est, sed callidus supinum se volutat, setaceis aculeis in ipsos quos passim offendit fructus confixis, & sub cauernas annonæ prospiciens comportat onustus. Sanè suo exemplo, & sedulitate animal nos admonet, haudquaquam satis esse, si agros ampliores possideamus, nisi diligentia & parsimonia vtamur. Hic certè prouentus est longè certissimus, & quem imitari potentiores & opulentos conuenit, exemplo à frugalioribus & locatarijs eâ cura & vigilantia vtentibus accepto.

Ingenij largitor.



Per-

Præcipuum quærendæ ſubtilitatis & artis incitamentum eſt neceſſitas. Quod ipſum exemplo coruus ille, cuius meminit Plinius, ſatis cōprobauit, qui extrema ſiti laborans, conſpicatus vaſculum, in cuius imo aqua altiùs reſidebat quàm vt exorbere eā poſſet, lapillis ordine callidus id tantiſper implet, donec quæ in imo fuerat ſurſum ſuperuataret, ac ſic tandem ſitim leuaret. Plin.

Vindicta trahit exitium.



Et qui coniurationis causas suscitant, & qui se socios faciunt, iure & meritò pœnas itidē luunt. Accidisse hoc 300. vulpibus à Samsone per sata Philistinorum ad incendium segetum dimissis legimus.

Iudicum cap. 15.

Aequari pauet alta minor.



Tar-

Tarquinius Superbus, clam, & occultè voluntatẽ suã absenti filio significare cupiẽs, nec satis tutũ ratus consilium aperire nobili quem miserat filius, eundem in hortum suum obambulatum abduxit, vbi singula quæ occurrebãt, papaueris altiora capita bacillo detruncabat: hoc facto nimirũ intellexit filius, omnino patri placere, vt Proceres, præcipuique Gabianorum (super quibus cum patre consultabat, & inter quos astu non mediocrem iam auctoritatem obtinuerat) corriperentur, extremoque supplicio afficerentur. Atque hoc inuolucro sanguinariam sententiam figurauit filio Tarquinius, quasi censeret (quantum coniectare licet) Principem ad parandam, ac sedandam patriam, etiam subditorum potentiss. quosque sibi obsecundantes reddere debere. Liuius. Valer.

Ec-

Ecquis discer nit vtrumque?



Cribri natura probos significat, qui, velut cribrũ ipsum frumentũ, vtiliaq; grana ab inutilibus diuidit, ad eundem modum boni mali q; scientiã diiudicare norunt. Quod improbi haudquaquã faciunt, quiduis absque cribro & ratione congerentes.


H 2

Hâc illâc perfluo.



Danaidum dolium, iuxta Poëtas, adeo vbique rimosum, ac perforatum dicitur, vt quicquid infundatur emittat, & eijciat. Quocirca huic, aut simili Plutarchus, Terentius, aliiq; auctores garrulos, ingratos & auaros comparauere: quòd garruli, seu dicaculi arcani quippiam silentio tegere nequeant, sed omnia potiùs effutiant: ingrati numquam illi qui ipsis bene fecerit, gratiam habeant: auari numquam expleantur, aut saturentur. Plutarch. Terent.

Virtutis fortuna comes.



Saidas. *Pictores olim Timotheo Atheniensium Duci gratificari, aut assentari sperantes, ob immensas eius opes, ac potentiam, sic illius Iconem expresserunt, vt eidem dormienti Fortunam appingerent, illi varias ciuitates cassibus, varijsque filaceis retinaculis, aut decipulis interclusas offerentem. Quod tamen ipsum Timotheus molestè tulit, animaduertens, eosdem fœlicitatem suam Fortunæ potiùs, quàm virtuti adscribere. Ceterùm Plutarchus id ab æmulis ei in eius inuidiam procuratum scribit.*

Plutarch.

Paradin. hîc retis, & cassis tantùm meminit, cum tamen Icon ipsa nassam referat.

Cum

Prohibere nefas.



Amphisbæna, prodigiosus anguis, vt initio, sic & cauda caput, quo & mordet, ac hostem, dum lubet, vel adoritur, vel fugit, gestans, Symbolum esse potest bifrontium proditorum, clanculariorumque domesticorũ hostium, quorum eò periculum maius, quò ad nocendum hoc hominum genere, iuxta Ciceron. sententiam, efficacior nulla pestis esse queat. De quibus nefarijs hominibus Prouerbium etiam vulgò iactari solet in hunc sensum: Arist. Plin.

Quem coràm vultum cernis præferre serenum, Cicero.

Clam te fortaßis lædit hic, atque nocet.

Tu

Tu decus omne tuis.



Veræ, & antiquæ nobilitatis originem, præclaræ gesta pepererunt. Probat id Lysimachi Macedonis exemplum memorabile, quo & animi præstantiam, & indicationem, reliquisse & ad posteros transmi-
Tro.Pōp. *sisse scribitur. Is enim Alexandri iussu, leoni ad mortem oblatus, nouo pugnæ genere, in patentes leonis fauces manum fortiter inseruit, extractaque vi lingua, feram præfocauit. Rex spectata Lysimachi fortitudine tanta eum auctoritate postea constituit, vt vrbem à se conditam illi nuncuparet, Lysimachiam deinceps appellatam.*

Vsque

Vſque recurrit.




Quaquà versus torqueas, in genuinam semper est reuersura conditionem naturæ: experientia sumpta ab arbusculis, in quas si pergulas, aut intertexturas arte ducas, & ramusculos vi contrahas, nouas tamen propagines in naturalem ascensum sunt producturæ. Idem vsuuenit animantibus quoque & ceteris in natura rebus. Vnde natum frequens illud adagium: Non facies ex buteone, siue triorche, accipitrem, nec è rustico aulicum. *Nam*

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. *&*

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Quocumque ferar.



Quiuis ex natura, siue forma sua murex propterea quòd vbicumque inciderit, aculeum erectum habeat, perpetuò ad lædendum est compositus: Ita peruersi, ac improbi eos perpetua clade, aut detrimento afficiunt cum quibus versantur.

Spe illectat inani.



Rerum mundanarum illecebræ, si tantum eminus inspiciantur, magnificentissimum quiduis mortalibus

alibus pollicitantur, atque in summam spem erigunt; sed enim si cominus contemplentur, nil nisi meram esse vanitatem, & imposturam deprahendas. Tales sunt & aucupatoriæ illecebræ inescandis auiculis compositæ.

Vlteriùs ne tende odijs.



Contra diuinam potestatem nihil neque debet neque potest humana: quemadmodum Imperatori

Valenti liquidò satis demonstratum est, qui Arriana hæresi infectus, posteaquam permulta iam super D. Basilij exilio, & proscriptione propria manu exarasset, perficere tamen haudquaquam potuit, penna ipsa, vel tertiò etiam atramentum emittere recusante: nihilominus tamen is ab impia lege, & Decreto confirmando, ac subscribendo non priùs temperauit, quàm eius manum ingens tremor inuaserit, quo correptus, magnoque accedente metu, ac territatione, quicquid scribere cœperat, ipse vtraque manu lacerauit.

Hæc

Hæc conſcia numinis ætas.



Sub Imperium Auguſti Cæſaris (teſte Plinio) Plin.
Romæ circum ſolem apparuit ſtellata corona, ſeu etiam velut ex ſpicis triticeis, vnà cum verſicoloribus circulis concurrentibus. Suetonius verò hoc ipſum Sueton.
prodigium recenſens, vnius tantum circuli meminit inſtar Iridis ſolarem globum amplectētis. Verùm enimuero Plinij narrationem propiùs ſecutus Dion, Dion.
præter inauditam, quæ tunc apparuit inſolitamq́ue cuius etiam meminit, ſtellam, aſſerit quoq; ſplendorem ſolis obſcuriorē factū, accedentibus tribus alijs


circulis amplioribus, quorum vnus similitudinem referebat coronæ spiceæ. Addit alio vlteriori loco Dion, Solem subfuscum interdum noctu lumen reddidisse. Demum hoc constat, Dom. Iesum Christum verum lumen, Solemque iustitiæ tempore Augusti Cæsaris natum, cuius natiuitas & aduentus, summam totius boni mortalibus adferens, tam potuit cœlesti ministerio demonstrari quàm fuit ostensa eius passio atque mors iuxta Euang. *Christi: quando videlicet obscurato solis splendore facta sunt in orbe vniuerso tenebræ. Cæterùm mirum videri non debet, si signa, & prodigia natiuitatem filij* Dei *præcedentia ab Ethnicis (quamquam ignaris) obseruata sint, quum & quæ passionem illius, ac resurrectionẽ sunt consecuta, summam apud ipsos etiam venerationẽ obtinent: nempe tenebræ sub eius mortem à* S. *Dionysio* Areopagita *notatæ, dum per Aegyptum eum* Apollophane *præceptore philosophiæ operam daret, ac pro magnitudine dotis & ingenij intelligens solem præter naturæ ordinẽ obscuratum pronunciauit:* Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur. *Insuper de excitato terræ motu sub suam resurrectionem apud Plinium ad legitimam annorum supputationem (collatione facta) scriptum eiusmodi legimus:* Maximus terræ memoria mortalium extitit metus, Tiberij Cæsaris principatu, xij. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.

Suidas.

Plin. li. 3.


Haud

Haud ſidit inane.



Recens, ac velut plenum ſucci ouum in imum mox mergitur, putridùm in aquam miſſum ſupernatat. Ita quò minùs ineſt homini prudentiæ, eò ampliùs inſipientiam prodit philautia atq; ambitione: Contra quò quis prudentior, & intelligentior, eò fit demiſsiore & tranquilliore animo, & ab oſtentatione alienior. Plin. Quintil.

Infringit solido.



Ad eum ipsum qui integritatem & constantiam cordati hominis studet calumnijs contaminare, malum ipsum calumniæ redit : perinde atque in cautem duram, & impenetrabilem adacta sagitta, retorquetur in eum qui misit.

Sans autre guide.

Id est: Citra alium ducem.



Genistæ frutex, seu alterius arbusculæ ramusculi nodati style colliculisue coaceruatorum lapidum ad ductum viæq; recognitionem destinatæ profectionis

ctionis erecti à peregrinantibus, & viatoribus, hoc præsente Symbolo nobis ad beatitudinis iter solam virtutem esse ducem figurant.

Fata obstant.



Ar-

Ardua res est, & perdifficilis negotij, fortunarum, & desideratæ fœlicitatis captatio. Adde quod & pauperies illinc retrahit, & accessum remouet.

Terit & teritur.



Quemadmodum lapis ferrum exacuens, attritu ferramentorum ipse absumitur: sic improbus & qui lites sectatur, etiam se exagitari non recusat, modò alios in perniciem abducere queat.

Sic


Sic prælæ patet esca sui.



Immensum quod ex lingua sua percipit commodum purpura, eò illi maioru faciendum est, quòd hac sibi victum comparat, prædamq; venatur. Sed enim quod interdum ex eadem malum accipit, eò illi magis est metuendum, quòd per eandē in mortē incurrat, ac per eam semper præda fiat piscatoribus. Sic & humanæ linguæ officium se habet: dum prudenter regitur, pro thesauro preciosissimo est: eduerso obtrectatrix, garrula, futilis, formidabile ac letiferum spirat venenum, vnde etiam vulgo talem nuncupant linguam grandem. *Iure igitur comparatur pregrandi purpuræ piscis linguæ, quòd huic infrapalatum purpureus ac rubeus adhæret humor, allegoricôs significans virus atrox maledici obtrectatoris & sanguinarij.*


Candor

Candor illæſus.



Clemens de Medicis, huius nominis. 7. Pontif. Summus pro Symbolo ſuo caudatam ſtellam, ſiue Cometam vſurpabat. Tradit autem Ariſtot. *ad huius rei explicationem, ſicuti perpetuò hactenus mortalibus ipſis, aut proſperrimum fortunæ ſucceſſum, aut ſummum aliquod detrimentum portenderit nouus quiuis Cometes, ſic à noui Principis adminiſtratione in Rempub. fere vel immenſam fœlicitatem, vel exitium inuehi.* Ariſt.

Prosper vterque mari.



Quan-


Quando Gemini, quos veteres Castoris & Pollucis nomine nuncuparunt, ignes simul apparent, secundã nautis nauigationẽ, & omen portendunt bonum. Si verò eorum alter duntaxat eminet, malum præsagire creditur. Eodem etiam modo si mutuus coniugum amor pergit in re domestica affulgere, certum tranquillitatis & fœlicitatis domesticæ indicium promittitur: ediuerso, si alterutrius improbitate diuortium coniugatis accedat, ruinam & perniciem denunciat. Præterea potest sub alterius Geminorum solitudine intelligi periculosam esse potentiam absque prudentia.

Sic spectanda fides.



Auri probitas non tantùm tinnitu, verùm etiam cotis attritu exploratur. Sic & pietatis ac fidei comprobatio non ex sermone tantùm, verùm etiam ex præstatione, & actorum splendore facienda.

sic violenta.



Intempestiua & nullius pensi futilitas obstrepero crepitaculi sono optimè comparatur.

Terror & error.



Inter præcipuas magnanimi Ducis dotes seriò computandum, si discrimen in virtutem transformet: vtpote si tempore, locoúe inferior ab hostili impetu astu & stratagemate, se exercitumq; eximat, simulque terribilem hosti se faciat: quemadmodum olim à strennuo illo Duce Hannibale factum est, cum in hostium territationem super boum suorum capitibus ardentes faces noctu ostentauit.

Poco à poco.

Ideſt: Paulatim.



Apparent quidem à ſolo ſurgentes plantæ, verū incrementum notare poteſt nemo. Sic probitas, & virtus dum adcreſcunt, non facilè diſcerni, niſi exemplo, & vſu, poterunt.

Aemula naturæ.



Suet. *Assidua exercendi sedulitas dubio procul tandem assequitur, vt naturam simul imitetur, & æquet. Quod in* Domitiano Imperatore *,ex solertia & iaculandi dexteritate, meritò prædicamus, dum in feram quandam tela duo tam solerter iaculatus est, vt enatu cornibus stare fera videretur.*

Renouata iuuentus.



Ad solis radios accipiter solet vitia pennarū corrigere. Sic ad Christum Dom. *accessurū oportet omnem improbitatem & affectus impios exuere, &* Greg.
nouo vestitu, ac renouatione vitæ superindui.

Præpete penna.



Effiges expansæ aquilæ, siue bicipitis, iuxta vulgatam opinionē, ad hunc modum publicis vexillis gestari cœpit, accidente Imperij diuisione, quod Caroli Magni temporibus, in Orientem & Occidētem est translatum: aut certè (*Vuolfango Lazio*, Romanor. *Regis Historiographo, referente*) *Constantini Magni ætate, qui ex* Romanor. *vna* Republ. *duas constituit, alteram nimirum Romanam, Constantinopolitanam alteram.*


Al-

Attendite vobis.



Act.20. *Ad stabiliendum Christianæ Ecclesiæ statum, & eius integritatem retinendam, commodissimum fuerit si exemplo ac Symbolo pastoriæ armaturæ fideles verbi dei dispensatores ac ministri rectum ac perpetuum docendi munus erga Ecclesiam diligenter & indefatigatè impendant.*

Viuit ad extremum.



Con-

Conſtantiſſima erga Principem ſuum debet eſſe cuilibet amoris & fidelitatis obſeruatio, & nec, quamlibet vehemente ventorum aut tempeſtatum vi irruente, probitas fideſque vel minimo extingui. Nempe quod bombardicam reſtem circulatam ſeruare videmus, vt, nequicquam irruentibus ventis, pergat ſemper ignes potentius conſouere.

Id est: Captiua libertas.

Captiue liberte.



Coniurati necis Iulij Cæsaris auctores, soluto Senatu Romæ plateatim summo lanceæ apice pileum (quod erat libertatis indicium) circumgestabant, (propterea quòd tum moris esset seruos omnes pileo donari, & in libertatem asseri) hoc commento Rom. populum ad vindicandam Ciuilem auctoritatem cohortantes, vt ut proposita iam certa libertate. Verùm longè diuersum euenit, nam cæsi fuerunt eodem anno quotcúnque in carnificinam consenserant. Hinc liquet, licentiam illam peccandi, quam quidam libertatem autumant, meram esse seruitutem. Appian.

Police

Id eſt: Perfecta politia.

Police ſouueraine.



*Ad conſummatam **P**olitiam, hæc duo requiruntur : Calamus & gladius: Puta, deliberandis rebus conſiliũ & litteræ: exequendis gladius.*

Su-

Superstitio religioni proxima.



Hoc est antiqui hostis, & Sathanæ studium, vt quoties insignẽ errorẽ, aut impietatẽ aliquã in hunc mundũ spargere cupit, quæ sua vafrities est, ac peruersitas, illud ipsum vel falsiß. cõmentũ suum aliqua semper veritatis specie atq; vmbra conetur obuelare. Quamquã aliud nihil sit totũ illud inuolucrũ, quàm mera impostura, præstigiumq;, ac fascinatio. Quod ipsum luculẽter olim effecit, quãdo primùm diuinãdi, augurandiq; superstitionẽ inuexit, à Decio Nauio augure ipsam coẽ etiã durissimã nouacula bipartitã esse, Prisco Tarquinio Regi, populoq; Rom. persuadẽs.

Id est: Alor noxio.

De mal me paiſts.



Plutarch. *Cucurbitula* Medica *(quam ventoſam paſſim appellant) prauum dumtaxat ſanguinem elicit, ac depaſcitur. Et animus nequam non niſi quod improbum eſt quærit, & continet.*

Fons


Fons inuocantis.



Extrema siti laborans olim Samson, inuocato Dei auxilio, sensit præsens aquæ leuamen scatentis ex molari dente asini mandibulæ, qua priùs mille viros peremerat. Quo miraculo notandum venit, vel simplicisß. quamque rem, capacem esse gratiæ Dei, modò ea Diuino eius verbo, qui verus viuusque fons est, imploretur. Iudic.15.

Id est: Et Hic & ille.

Et l'vn & l'autre.



Duobus inter se quocunq; certamine contendentibus, fieri nequit (quantacumque virium, aut æquitatis ab alterutro præcellentia certetur) quin vel molestiæ saltem aliquid, si forsitan detrimenti nihil pars alterutra capiat. Atque eadem ratio est, quæ & luctantium in palæstra, tractuue baculi, in qua de viribus certatur, vbi ne victor quidem absque membrorum coactione vnquam fert victoriam.

Con-


Consultori pessimum.



Redire ſemper ſceleris ab altero admiſſi in ſuaſoris caput meritas pœnas, certum eſt. Spectare licet hoc in vexillis, ſignisue bellicis, quibus militem ad expeditiones conſcribimus, & in præliis velut ductoribus in hoſtem armamur: illa enim primas oppugnationes & conuulſiones experiuntur. Quinimo pugnarum autores in omnibus perpetuò diſſidiis grauiori ſupplicio digni ſunt, & in eos Leges ipſæ quoque ſeueriùs animaduerti iubent quàm in ipſos pugnatores. Atque *ad præſens inſtitutum pertinet quod Aulus* Gellius *ſcribit de improbitate* Hetruſcorum *aruſpicum, quòd hi à* Romanis *interpellati, vt in mediū conſulerent de* Horatij *Coclitis ſtatua fulmine percuſſa (vt erant clancularij* Romanorum *hoſtes) poſtea quàm decreuiſſent ſtatuam in deſertiorem locum, ac vbi neque à ſole colluſtrari vllo vnquam tempore poſſet, ſemouēdam, huius conſilij accuſatione facta, ſuaque hac in re perfidia & proditione recognita, trucidati fuerint, ſtatuaq; ipſa in Vulcani forum honorificentiùs tranſlata. Quare & iuuentus (quòd ea res Reip. fœliciter ceſſiſſet) mendaci diuinatione in plauſibiliorem Reipub. interpretationem conuerſa, per vrbem clamans, & indignabunda in prouerbium erupit:* Malum conſilium conſultori peſsimum.

Gellius.

Vis nescia vinci.



Scribit Plutarchus Scylurum Chæronensem moriturum octoginta filijs suis iaculorum fascem per singulos obtulisse frangendum: quod cum præstare Plutarch.

conando nõ possent, respondissentq́; impossibile esse, dissoluit pater telorum struem, exemptaq́; singula sine vllo negocio fregit hoc ipso docens eos insuperabiles & inuictos fore, quamdiu concordi fœdere persisterēt: si verò dissidijs, & seditionibus distraherentur, in captiuitatem & hostium manus facilè

Plin. *ruituros. Non dissimile posset huc à Plinio adnotatum adduci de Cycladicis Scyri lapidibus, qui integri supernatant aquæ, diminuti verò merguntur. Sit igitur hoc Symbolum sagittarum fasce iunctarum, simulq́; memoratorum lapidum hæc significatio. Inuicta esse fœdera, si vinculum adhibeas prudentiam.*

Hoc Symbolo Paradin. per colligationem iaculorum serpentinam, prudentem concordiam significare vult: idque fortaſsis iuxta Euangel. locum, qui habet Estote prudentes, sicut serpentes.

Quis

Quis contra nos.



Diuus Paulus quum in insula Melite vipera inuasisset eius manum, nullam inde contagionem accepit (quanquam secus arbitrarentur Barbari) Act.28.

ſed in medias flammas excuſſit viperam. Ex quo cernere eſt, quibus præſto ſit diuina clemẽtia, eũ nihil vltra nocere poſſe.


Maturè.



Qua ratione olim Titus Veſpaſianus Imperator pro Symbolo ſuo anchorã cum Delphine *piſce vſurpabat, eadem (vt arbitror) & Papa Paulus:* III. *Chamæleontem cum* Delphino, *Sic innuens, lentam illam celeritatem, aut maturitatem in rebus agendis omnino ſeruandam.*

Lux

Lux publica Principis ignes.



Faces ardentes quas ante Principes suos Romani gestare solebant (quod est videre plerisque priscorum monimentis, & numismatibus : cuius etiam
Herodiã. *rei Herodianus meminit, vbi de Gordiani Cæsaris inauguratione scribit) haud obscurè significabant, Principes Imperatores, castrorum præfectos, ac Duces, nec non Prætores (ad quos etiam sub Regibus, deferebatur ius decidendarum causarum) virtutis ac æquitatis splendore debere cæteris prælucere.*

In

In ſe contexta recurrit.



Pſal-

Psalmista commemorans immensam diuinæ gratiæ, pietatis, clementiæ, ac prouidentiæ bene
Psal.64. *ficentiam & largitatem, ait:* Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. *Quo & nos attentos facit, quòd a Domino nobis liberaliter suppeditatur vbertatis rerum omnium ac prouentuum annua renouatio, ac successiuus continusque reditus.* Vbi *& effigie anguis, annus intelligendus venit, iuxta Aegyptiorum literas Hieroglyphicas.*

Phy-

Phytone perempto.



Labascente Romani Imperij potentia, etiam cum vetusti iuris auctoritate militaris honos sensim inclinauit, adeo vt aquila bellicis signis deinceps cederet, Lupo, Minotauro, Equo, & Apro. Nouissimum locum tenuit draco, à Claudiano multo carmine celebratus. Cuius effigies ingem vigilantiam significabat.

Claudia.

Calo

Cælo imperium Iouis extulit ales.



Poliſ-

Potissimum apud Romanos vexillum semper fuit Aquila: quod etiamnum hodie adhuc est Sacri Imperij. Atque hoc quidem C. Marius, postea- Plin.
quam secundi Consulatus fastigium adeptus esset, aquilam legionibus omnino dedicans, iuxta Plinium, ceteris omnibus signis pretulit. Aquila verò, propterea quòd reliquis omnibus auibus metuenda sit, ac formidabilis, quasique (vt vulgo fertur) pro Rege habeatur, ad significandum populum, siue gentem quæ ceteras vniuersas subiugarit, pro Symbolo delecta est. Atqui verum & illud, in Romanorum vexillis antiquitus Aquilam fulminis effigiem gestare solitam, siue vt Ioui consecratam alitem, siue vt illius arma, insigniaue preferentem siue denique quòd, Plinio referente, illa nunquam fulmine quatiatur.

In-

Infestis tutamen aquis.



Dion. *Sergius Galba Imperator tam sua, quàm Maiorum acta & insignia, hoc Symbolo notauit: Canis erat à prora nauis sese inclinans, ac desulturienti similis; quo vigilantiam, ac firmas excubias aduersus pericula designauit.*

Anti-

Antidoti ſalubris amaror.



Summa salutis nostræ potissimùm in imitatione mysterij passionis & crucis Redemptoris N. Iesu Christi consistit. Nimirum (vt antea dictum est) si afflictiones mortalis seculi perferuntur, vt sic inuocato Christi nomine assuefaciamus nos, & amaritudinem crucis eiusdem in calicem salutis commutemus, cum Propheta Psalte canentes: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Psal. 115.

Cessit


Cesſit victoria victis.



Hac ratione cruenta sanguinis effusio, Sanctis Martyribus, & pro Dei nomine patiētibus, in speciem coronatæ Palmæ, ceu æternum partæ victoriæ præmium, conuertitur, vt sic immortalis regni corona insigniantur. Sed nec ij tantùm qui sanguinem pro confeßione fidei fundunt, martyrum ideo appellatione digni censentur, verum etiam qui pro hæreditate Regni cælestis Christum Dom. sectantes crucem ferunt, æquo animo tollerātes huius seculi contumelias & quotidiana opprobria, in quo præcipuum martyrij genus, vt plurimùm versatur, & exercetur.

Fla-

Flauescent.



Horatius Farnesius Dux *Camerinus, eiusmodi quaternione fascium viridium segetum vsus fuit, qua adolescentiam Principis generosi (vt opinor) aliquando in maturam ætatem conuersum iri figurauit.*

Vt lapſu grauiore ruant.



Draconi & aquilæ perpetua intercedit inimicitia. Quo fit vt nunquam abſque acriore pugna mutuum occurrant: & tam periculoſè per æthera inter ſe committuntur, vt aquila draconis cauda cir-

Plin.

circumuoluta deorsum simul consternentur. *Eadem elatis, ac superbioribus inter se contendentibus ruina solet vsuuenire.*

Victrix casta fides.



In æde Franciſcanorum, præclaræ vrbis Aueni-nenſis, tumulo Heroidis Lauræ à Franciſco Petrarcha tãtopere decantatæ, inſculpta ſunt Emblemata duobus laureolis ramuſculis in ſeſe tranſuerſim incumbentibus, ſuperaddita itidem tranſuerſim crucis forma per medium aſtãte, & ſupra hæc ſcuto, ſeu inſigni medio affixa ſurſum roſæ effigie. Quibus ſignificauit primariæ ſuæ fidei ac fœderis integritatem cum caſtimonia coniunctam victoſque mundanos affectus.

Ipſa.

Ipsa suæ testis victoria cladis.



Reperiuntur etiamnum hac ætate numismata vetera inscriptione probantia Vespasiani Cæsaris nomẽ, quibus impressa est palmæ procerioris figura,

nobil.

Dactylis abundantis. Porrò *arborem fœcunditate nobilem, & copiosam in* Iudæa, *potentissimi illius Principis vi & armis expugnata, subiugataque, nasci certissimum est*. Quare & *non solùm Iudaicam regionem ominosus hic palmæ arboris typus, verumetiam gentis desolationem & excidium diuinum in illius posteros perpetuum testatur*.

Malo vndique clades.



Excr-

Exerti prominenteſq́ue per gyrum gladij, obſeſſuſq́ue intra hæc ſepta pauens lepuſculus certiores nos reddit, nuſquam criminoſis aut agro, aut vrbe locóue, corpore, aut ſpiritu tutum dari ſuffugium, aut latebras. Sic enim tum infinitis alijs locis, tum verò apud Moſem interminatur Scriptura: Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor. Deut. 32.

Gran-

Id est: E fortuna celsitudo.

Grandeur par grand heur.



Refert Dion anulo sigillatorio Pompeij insculpta fuisse trophæa tria: quemadmodum & Syllano. Quod haud dubie, Symbolum præcipuorum vtriusque gestorum monimentum prætendit.

Dion.

Tri-

Improbitas ſubigit rectum.




Quemadmodũ arbor ab hederæ complexu, & aſcenſu comprimitur, ac ſuffocatur : ſic forẽſis cauſa quãuis iniuſta, facundi cauſidici arte ac ingenio torquet ius pro ſuo arbitrio.

Pacis & armorum vigiles.



Ex gallinacei tubæque excitante horologio non difficile relinquitur iudicare, quantam intersit inter belli & pacis conditiones.

De paruis grandis aceruus erit.



A ſpica ad manipulum, à manipulo ad faſcem. Ita pauper recto conſilio, ſummaq; prudentia, & ſe-

& sedulitate bonis sibi licitis, ac oblatis vti debet. At quæ vbi Dei liberalitate peruenit, opus est aliquando gradum sistat, sibiq; fortunatiss. illam rerum sufficientiam, veram diuitiarum coronidem pro scopo præfigat. Memor hac in re continuè Gallici cuiusdam (cuius tamen si mihi cognitum foret, non magis hic auctoris nomen taceretur, quàm egregia laus quam ex eo meretur) Ogdoastichi, quod subsequitur.

De moins que rien, l'on peut à peu venir:
Et puis ce peu, n'a si peu de puissance,
Qu'assez ne face, à assez paruenir
Celui qui veut auoir la suffisance.
Mais si au trop (de malheur) il s'auance,
Ne receuant d'assez contentement,
En danger est, par sa fole inconstance,
De retourner à son commencement.

Sententiam sic reddere placuit hoc decasticho:

De nihilo (minus aut nihilò si quid queat esse)
Ad modicum multis sæpe venire datur.
Et modicum hoc tantum valet, vt quemuis patiatur
Quod satis est etiam largiter assequier.

Quàm

Si tamen huic placeat modò ſufficentia rerum.
Atqui ſi ad nimium tendere fortè volet,
Non contentus eo, potuit ſatis eſſe quod illi,
Inconſtanti animo certa pericla manent,
Ne redeat meritò (qui nil vult, credito ditem)
Nudus, & ad primum pauper (vt ante) ſtatum.

Id est: Illic malū.

Là, le danger.



Bacchi simulachrū Lacedæmone stabat hastam tenens longiorem circumserpēte per illam sursum hedera vsq; in ferratam aciem occultatam. Quod significanter exprimebat, nō vi, aut impetu bella gerenda, verùm consiliis, stratagematisque, & arte regenda: hisce enim artibus subditos esse bellicos impetus.

Impe-

Nodos Virtute resoluo.



Hoc Symbolo S. Andreæ Mareschalli, puta, lacerto gladioq; qui propriè Alexandri Magni dicitur: nodũ Gordiũ in prisca Midæ Regia, secante, intelligi (mea quidẽ sententia) potest magnanimi eius Principis solertia: &, res alioqui difficiles, virtute reddi faciles.

Turpibus exitium.




Quemadmodum ſcarabeus excrementis equinis, ac ſtercore alitur, at in media roſa emoritur: ſic molles & voluptuarios non delectat pietatis & optimarum rerum ſtudium, ſed voluptatum & nequitiæ ſordibus inquinari malunt.

Vnius compendium, alterius diſpendium.



Serpens niſi ſerpentem deglutiat, non fit draco. Sic diuites non niſi damno, & veluti ex alieno ære conflata potentia, in opulentiores euadunt.

Consilio firmata Dei.



Coro-

Coronatus ensis inter duo splendicantia lilia, quondam à viragine illa Aurelianain vexillo militari gestatus, immortale monumentum est protectionis Gallici Regni. Engelb. Monstrel.

Etiam fortunam.



Plin. M. *Sergius*, *Eques* Romanus *posteaquam crebriùs cum* Hannibale *conflixisset, atque iterum etiam captus astu huius manus euasisset, tandem in prælio dexteræ iacturam fecit. Vnde postmodum sinistra confligere coactus est in quatuor prælijs. Cæterùm cum non æquè commodè hac atque illa vti se experiretur, brachio dextro sibi manum ferream adnecti curauit. Qua quidem ipsa vsqueadeo strenuè, fæliciterque militiæ postea vsus est, vt in Gallia duodecim etiam* Romanis *infestos exercitus superarit, ac fuderit. Quam ob causam scribit* Plin. *non agnoscere se quemquam alium, qui Sergio virtute, atque magnanimitate præponi debeat. Qui etiam ipsius fortunæ violentiam subiugans, omnibus victoriarum laureis, & coronis dignum se reddidit.*

Sic

Sic sopor irrepat.



Scriptum legimus in Annalibus Gallicis, Regem Burgundiæ Gontranum venandi labore aliquando fatigatum, excubias agente armigero, obdormiſſe in agro quodam ſecus præterlabentem fluuiolum, prodiiſſeque adeo ex Regis ore animalculum, ac tentaſſe torrentis illius tranſitum. Quod videns Regis famulus, exeruit enſem, quo velut pōte beſtiola traiecit riuulum, ſub antrum aduerſi montis ingreſſa: vnde mox egrediens, atque per enſem velut pontem denuo remeans, regium os denuo ingreditur. Exper- Annal. Franc.

gefactus Rex famulo recitat visum sibi tale insomnium: traiecisse se flumen ponte prius ferreo strato, ac speluncam sub altiori colle penetrasse, vidisseque thesaurum istic ingentem reconditum. Quod audiens famulus ordine illi narrat insolentē sub Regis somno casum. Curauit itaq; Rex interiora montis aperire, effoditq; ex eo auri, argentique vim magnam, quam in egenos, & pauperes erogauit, tum etiā in variarū Ecclesiarū *vsum dono obtulit, ac distribuit: nec non ex eo thesauro* Sancti *Marcelli iuxta Cathalonium ad Saonam (vbi & sepultus creditur) feretrum auro obduci fecit.*

Cæcus amor prolis.



Fœtus suos tam impatienter diligit simius, vt, dum amplexibus plus iusto indulget, compressu fre- quenter enecet. Solent quoque nonnulli parentes in cultum & educationem liberorum tam profusi esse, vt tandem nimia indulgentia eos perdant. Plin.

Sup-

Supplicio laus tuta semel.




Iudam

Indum quendam arte iaculandi tantæ dexteritatis ferunt fuiſſe, vt ſagittando procul poſſet tela per minorem annulum mittere. Quapropter ab Alexandro iuſſus id ipſum coram experiri, vt faceret adduci nullo modo potuit. Quocirca regia ſententia ad mortem damnatus, rogatuſque cur rem tam puſillam in Regis gratiam non faceret, vereri ſe aiebat, ne diutina ſagittãdi deſuetudine fortè aberraret. Alexander videns non tam ob rebellionem, quàm ob metum, ac pudorem id ab homine fieri, ſolui damnatum iuſſit, admiratus eiuſdem indolem gloriæ cupidam, quippe qui mortem ſubire potiùs ferret, quàm celebre ſuæ artis nomen famamque vitiare.

Om-

Omnis caro fœnum.



Si

Si hic populus qui præ cæteris omnibus vniuersum orbem frustra diuexauit, quò se magis magisq; semper amplificaret, ac velut in immortalitatem assereret, eò tandem maturo consilio, atque in rẽ suam descendisset, vt quid auctoris sui, & quasi procreatoris Romuli Symbolum (quod erat fœni fasciculus lancea suspensus) significaret, serio, & fixiùs aliquando expendisset, nunquam sanè tot, tantasque tum corporis, tum animi ærumnas subijsset: contemplatus nimirum tam subitam, momentaneamq; rerum humanarum vicissitudinem: maximè verò earum quæ propriùs ad carneum hoc, terreumque corpus spectant: cuius mutabilitas, & incõstantia cum fœno viridi, floribusq; marcescentibus à Propheta comparatur.

Ouidius. Seruius.

Esa. 40.

Paradin. hîc lanceæ meminit, cùm tamen Icon ipsa non lanceam, sed velut perticã potiùs, aut sudem referat.


Tolle voluptatum ſtimulos.



Hier. *Quemadmodũ flabello ex oculatis Pauonum plumis ad muſcarum profligationem cõfecto vtimur, ſic voluptatem, ac libidinum omne genus à nobis arcere, & nos ipſos exſurgare ſumma vigilantia, curaque debemus.*

Paix outragée se rend vengée.

Id est: Pax temerata solet semper, se vlciscier ipsa.



Zenonis Imperatoris temporibus meritas Persæ admissorum pœnas dedere. Recogitarat enim Persarum exercitus dolo in Cæsarea signa (quibus affixæ pendebant, ostendebanturque pacis inter vtramque gentem initæ conditiones) præceps ruere,

Procop. *ac conuellere. Verum ex improuiso in præparata à Romanis fossa, tum Persarum ipse Rex vnà cum liberis, tum exercitus præcipui intercepti sunt: quin & totius exercitus reliquiæ mox per insidias fusæ sunt, & ad vnum omnes profligati.*

Re-


Rerum sapientia custos.



Illustrissima Bituricensium, Ducissa Margareta singulare animi sui votum hoc Symbolo gemini serpentis ex oleæ ramusculo vtrumque caput exerentis expressit: indicans veram rerum omnium gubernationem clauo sapientiæ & prudentiæ optime teneri.

Discite


Diſcite iuſtitiam moniti.



Quocunque Sicambrorum Rex *Basanus* Di-*oclis filius tenderet, anteferri perpetuò ensem iube-bat, summitate cuius adnexa erat restis, aut laqueus: idque in testimonium inuiolatæ iustitiæ.* Fuitque Rex ille, *præterquàm quod alijs virtutibus clarus tam diligens* Iudiciorum *& æquitatis censor & conseruator, vt in delinquentem gnatum proprium seuerè animaduerterit.*


Con-

Concuſſus ſurgo.



Vento turgens pilaris (vt ita dixerim) orbis Admirallo Chabotio pro Symbolo fuit, addita ſuperſcriptione: Concuſſus ſurgo. *Quæ Symbolum ipſum ſatis explicat.*

Hâc virtutis iter.



Rastrum agreste Y literæ (quam Pythagoricam vocant)alligatum(quod pro Symbolo sibi vendicabat M. Petrus Moruillerius Galliæ Cancellarius; quemadmodum spectare est in æde S.Martino campestri sacra vrbis Lutetiæ) satis admonet ad virtutem consequendam labore iter fieri.

Hec

Hoc Cæsar me donauit.



Carolus VI. *Frãcorum* Rex, *venatus in Sylua Senliana ceruum, qui collũ habebat obuinctum cathena seu torque æneo deaurato, cum antiqua inscriptione in hæc verba:* HOC CAESAR ME DONAVIT, *cupiensque memorabilem hanc prædam in posteritatis cognitionem diffundere, Symbolum sibi sumpsit Ceruum alatum redimitum colla corona.*


Victo sæculo.



Spinea Corona, arundini iuncóue inserta typum refert paßionis Seruatoris nostri Iesu Christi: designans cœleste ac æternum eius regnum, & de deuictis mundo ac Sathana Principe huius mundi, victoriam.

Ter-

Terriculum noxæ.



Plutarch. *Creatus in primarium Ducem exercitus Pompeius Magnus, & à Sylla missus in Siciliam, non solùm vigilanter, strennueque, & magnanimiter se gessit, verumetiam summa æquitate iustum Ducem præstitit: adcò vt etiam quos sciebat milites excursionibus extra aciem prædari ac mala patrare, eos grauiter puniret. Ad hæc quò præcursores, ac velites ab obuiorum oppreßione coerceret, ac refrenaret etiam illorum gladios annulo proprio sigillatorio notabat.*

Hic

Hic terminus hæret.



Ne dignitatum, ac honorum, & bonorum, ac denique rerum omnium prouentus & affluentia Magnates, & illustres Heroas omnino præpediret, quò minùs interdum cogitarent se quoque mortales esse, vniuersi ferè certam rationem aliquam, quæ illis subinde mortis refricaret memoriam, excogitarunt. Quod & ipsum hodie facit Dominus Boizius, Summus Regis prægustator, vsurpans pro suo peculiari Symbolo effigiem deiecti trunci, his verbis circumquaque appositis: Hic terminus hæret.

Mihi

Posset super terminum poni Imago Mortis cum predictis verbis. Hic terminus haeret.

Mihi pondera luxus.



Quem-

Quemadmodum (vt habet Seneca) ex nimia fœcunditate contingit fruges à sese opprimi, spicasque deijci, sic & immoderata suarum commoditatum, ac voluptatum congeries præclaris ingenijs, & alioquin bene natis est nocentior. Seneca.


Nil amplius optat.



Typus hic retium & cassium inter se compactorum referri potest in præcedentem metaphoram: docetque eum qui suo contentus censu viuit, facilè rerum caducarum superfluam appetentiam sperneré, & eleuare.

Num

Num flatus telluris honor.



Inoleuerat Romanis consuetudo, vt Præfectis Prouinciarum recens aut creatis, aut inauguratis gratulationis ergò, ac velut læti aduētus auspicium, darentur in singula capita, muneris honorarij loco solidi septem, cespes, clauis, atque pila seu sphærula. Cespitem ideo dabant, vt operam daret Præfectus ne annona carior euaderet, sed in eo pretio conseruaretur, vt nulla caritas rerumúe indigentia, aut Codi. lib. 12. titulo de Pictor.

fames exoriri posset. Ad hæc vt ea prudentia, ac clementia res subditorum moderaretur, vt pro dato cespite, vel totos agros Præsidi ferrent acceptos. Clauem verò, vt libertatem, & iuris dicendi, imperandique potestatem expenderet. Sphæram denique vt summum ius & auctoritatem designaret. Sic enim Alexander oblatum à Dario globum, seu sphæram est interpretatus. Nisi sphæram significare voluerimus ordinis ac disciplinæ militaris gubernationem.

Me pompæ prouexit apex.



Summam rerum præclarè gestarum mercedē Romani existimabant, si suos Imperatores, Duces, Equites, Antesignanos, cæterosq; milites strennuos (pro suo quemq; tamē dignitate, merito gradu, cō-

missaque prouincia) certis coronis, quas ideo quoque Militares appellabant, honestarent. Quarum propterea quòd virtutis, praeclarorumq; facinorum & inuicti animi testimonia fuerint, praecipuarum, ac illustriorum Icones *hic vnà cum suis gnomis, sententiunculisúe continuè patent: idque tum, inquam, ob perpetuam generosae antiquitatis reminiscentiam, atque decus, tum etiam ad oblectationem, voluptatem, & spem huius tempestatis hominum, ad aeternum quoq; virtutis honorē, praemiū, & laudem tendentium, ac aspirantium: quae potissimum* Reip. *(quae omnibus curae esse debet) vindicibus, patronis, & assertoribus debētur. Proinde quae prima iam exhibetur, Triumphalis dicebatur: quae laureis ramis baccisque circumtexta inuictis Triūphatoribus offerebatur. Quibus vt hostiū victoribus & domitoribus, tota vrbe* Roma *magnificis curribus & rhedis circumuectis triumphū agere Senatus ipsius decreto fas erat. Prius tamen edocto Senatu de quinquies mille hostibus vno praelio caesis. Hac verò Triumphalis corona temporis diuturnitate, Imperio decrescente, postmodum vnionum & margaritarum admixtionem, necnon & aliarum gemmarum variationem admisit: ac tandem ex natiua lauro in laurum sculptam aureoque circulo impositam commutata fuit: quemadmodum adhuc vel in hodiernum diem in antiquis numismatibus & statuis inspicere est.*

Merces ſublimis honorum.



Tribuno militum Equitiúe, qui hoſtium obſidionem ſtrennuè ſuſtinuiſſent, ab ijs qui liberati ſeruatíque fuerant dabatur Corona obſidionalis ſiue graminea. Et quãquam hæc è ſolo gramine (quod & ipſum largè pro quibuſcũque herbis quæ tum ipſo loco inueniri poterant obſidione ſoluta, hic accipiendum eſt) circumtexta fuerit, nihilominus tamen, Plinio teſtante, omnium fuit honoratiſſima, illuſtriſſimaque, ac ſummo in pretio habita.


Seruati gratia Ciuis.



Donabatur etiam à ciue cor ona ciuica ciuis is qui ciuē singulari periculo in pugna liberasset, viuūque seruasset. Texta fuit eiusmodi coro na querceis folijs ac fastigijs: quòd prisca ætate ex q uercu tum cibus, tum alimentum suppeditabatur.


Ex-

Excidij turribus honos.



Muralis Corona ex auro conflata in formam muralium pinnarum illi dabatur ab Imperatore *exercitus, qui primus vi & armis hostium mœnia transcendisset in vrbem.*

Hoc valli insigne recepri.



Corona Castrensis vallaris, seu palata itidem ex auro cōfecta donabatur ab Imperatore, seu exercitus Præfecto illi qui primus oppugnando vallum hostile occupasset.

Clas-

Clasſis monumenta ſubactæ.



Nauali prælio qui in claſſem hoſtium armatus, primuſq; irruens nauem ingreſſus eſſet, Corona aurea nauali cohoneſtabatur, roſtrorum, aut naualium prorarum adinſtar confecta.

In hunc intuens.



Mos erat priſcis Aegyptijs per ſympoſia ab aliquo circũferri mortis ſimulacrum, ſingulisq́; ordine intuendum oſtentando dici:

Con-

Contuere, hoc quid sit, genio tantumque vacato,
Quàm lubet, huic fies tu similisq; semel

Quin etiam in extremi exitus commonitionem, ac reminiscentiam refert inter alia Isidorus, Constantinopoli inualuisse consuetudinem, vt quo primùm die coronam cæsaream Imperator suscipiebat, ad ipsum sedentem sublimi throno, accederet cæmentarius, Cæsari proponens lapidum genera tria, quatuorúe, in hec verba iussus dicere: Isidor.

Elige ab his saxis, ex quo Augustissime Cæsar,
Ipse tibi tumulum me fabricare velis.

Vido-

Victoria limes.



Interrogatus ab Adriano Cæsare Epictetus Philosophus quam ob causam mortui coronis insignirentur, respondit vt sic indicarent, quòd labores & ærumnas, seu molestiarum immensum pondus huius vitæ morte superassent. Eius quoque coronationis meminit Plinius, atque ad eum modum efferri solitos testatur.

Spes altera vitæ.



Fra-

Frumenti, cæterarumque herbarum, & leguminum grana, & semina in solum iacta emortuaque reuiuiscunt, & renascuntur. Sic humana corpora per mortem cadentia, resurgent in gloriam in nouiss. illa vniuersalique humanorum corporum suscitatione.

HEROICORVM SYMBOLORVM
M. Claud. Paradini finis.

Huc

HEROICA

SYMBOLA

SEV EMBLEMATA GA-
brielis Symeonis Florentini.


Huc curſus fuit.



Vt eum à quo è magno naufragij periculo in portum ſalutarem perductus ſit aliquis plurimi facere debet, ita (quantùm ſuſpicor) huius Symboli auctor hoc ipſo conteſtatum eſſe voluit, quantopere ſuſpiciat, quamq́ue fortunatum ſe reputet quòd in benigni Principis Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis clientelam receptus ſit.

Quis

Quis dicere laudes?



Insigne hoc solidæ ac planæ Crucis (Diuinæ charitatis monimentum) Sabaudiæ Ducibus proprium, & dictio monosyllaba E L *Hebraicè* Deum *significans, annulo ex margaritis, aut* Orientalibus *gemmis composito inclusa, corona* Regia *superaddita,* Regiam *prosapiam, necnon & nomina Sabaudiæ* Ducis *Emanuelis &* Ducissæ Margaretæ *appositissimè significat. Quibus diuinis dotibus hos* Principes *ornatos nemo certè vltra meritum collaudare queat.*

Fe-

Festina lente.



Augustus Cæsar (alienus à nimia præcipitantia ac credulitate illa, qua plerique Principes ac Iudices mox primo impetu parasitorum suorum delationibus fidem adhibentes, cum quibusdam iniquissimè interdum egerunt) temperantiam, & regendis Imperij habenis moderamen iustum obseruare se testaturus, præter alia, papilionem cancro marino hærentem inter alia sua monimenta auro exculpi iussit, ab huius gressu lentiore tarditatem, ab illius pernici volatu præcipitantiam innuens: quibus in vnum redactis, temperamentum Principi pernecessarium conuenire declaratur.

Festina lentè.



Loco Cancri papilionisque Augusti, Vespasianus Imperator delphinum, vt hic expressum vides, figurari iussit.

Pacatũ ipſe regam auitis virtutibus orbem. Rectiùs patriis pro auitis ſub ſtituere - tur.



Hoc *ſequenti typo Delphinis orbis Sphæram pinnis ſuſtinentis forma annuli adamante inſigniti (priſco Medicæorum familiæ proprio Symbolo) cum incluſa creſcentis Lunæ forma (Regis Henrici ſymbolo) ex qua etiam ramuſculi duo pullulent, palmæ ſcilicet, ob partam victoriam, & oleæ, in ſpem pacis, adſcripto elogio:* Pacatum ipſe regam " auitis virtutibus orbem, *intellectam volumus Regis* ,,patriis

 gis

gis Delphini illustrem progeniem tum ex patre, tum matre, ambobus quasi vtriusque Symbolo in vnum redactu: per lunare incrementum sanguinis regij splendorem, per adamantem infractam virtutem, denique per mundi sphæram, siue globum, insuperabilem eius potentiam insinuantes. Ad quem olim etiam modum prisci Romani hoc ipsum significauere.

Fato prudentia maior.



Stellam angue coronato, caudamque mordente circumseptam supra posita hac inscriptione: Fato prudentia maior, *Reginæ Gallorum honoris ergò dedicaui: idque ad insinuandum, quòd, etsi fortuna Principem hanc antea multùm euexisset, velut tantorum patris, ac matris, nimirum Vrbinatum Ducis & Heroinæ Boloniæ filiam, neptemq;*

tanti Pontificis quantus fuit Clemens VII. & *vxorem adeò sublimis, potentis, inuictique & generosi Principis, nempe Henrici II Franciæ Regis, denique tot, tamque insignium regiorum liberorum matrem, tamē admirabili virtute sua & modestia, rerumque tolerantia cum tempore hoc effecit vt partes laudis primas inter priores Franciæ Reginas obtineat.*

Mi-

Mirandum naturæ opus.



Duabus Margaretis, Nauarræ nimirũ & Franciæ conuenientius aptari Symbolum non arbitror, quàm si pingantur Consolidæ herbæ flores duo ex vtroque lilij latere emergentes, additis verbis: Mirandum naturæ opus.

Simul & semper.



Sub adamantis gemmæ typo intellige amorem & inuictam Regis ac Reginæ Nauarrorum potentiam, perque Solem & Lunam actorum splendorem & mutui fæderis, ac perpetuæ fidei constantiam, suprapposita inscriptione: Simul & semper.

ΑΠΛΑΝΟΣ.



Dexter & armatus rutilo cumq́ue ense lacertus,
ΑΠΛΑΝΟΣ *hic Græco nominecumq́; simul*
(Quæ vox significat fidum, & sine fraude, doloq́;)
Sunt Mommorenj's Symbola clara Ducis.
Nempe ea prætendunt, Regem, natumq́; , Patremq́;
Hunc Connestabilem fidum habuisse virum:
Seu etiam armorum spectes, seu tempora pacis:
Ingenij summa dexteritate sui:
Gallorum integras qui res multumq́; diuque
Seruat, præcipuum dum moderatur onus.


Perimit & tuetur.



Ob oculos mihi ponens consilium & magnanimitatē Ducis Guistani, pro illius Symbolo scutum rotūdum descripsi corona insignitum ac ense transfixum, suprascriptis ijs verbis: Perimit & tuetur: *vt intelligi possit vir strennuus tam tutandis, quàm expugnandis vrbibus, item fundendis acie hostibus.*

Con-

Consequitur quodcunque petit.



Diana Pictauiensis, Valentinatum Ducissa, *iaculum* (*Dianæ Deæ telum proprium*) *sibi adscripsit hac inscriptione circumuolutum:* Consequitur quodcunque petit.

Ex

Ex vtroque Cæſar.



Hoc Apophthegmate : Ex vtroque Cæſar, *ſignificatur, his duobus, armis ſcilicet & literis, Iulium Cæſarem recto corporis ſtatu ſemper rebus gerendis ſtrennuè inuigilantem, factum totius orbis dominatorem.*

Sola-

Solatur conſcientia & finis.



Leonis Veneti coloris, & in altum erecti ſimulachro hac coniuncta ſententia: Solatur conſcientia & finis, *Melphenſis Princeps indicare voluit, ſe, quanquam fortunis exutus, ſolioque pulſus eſſet, ſua nihilominus contentum fortuna, tranquillaque conſcientia vixiſſe: hoc vnum certò ſciens, ſe probè ſuo vbique functum eſſe officio:*

Et ſi hoc loco ſuprapoſita leoni corona ſit, illius tamē Scholion ipſum non meminit.

tio: decætero, in Dei Omnipotentis clementiam post obitum, omnem suam spem collocans.

Fortè rectiùs fuerit inscribit.

Scribit in marmore læsus.



Sunt quidam adeo præsumptuosi, auctoritatique suæ, & opibus confidentes, vt pro nihilo ducant, pauperem, aut viliorıs conditionis hominem contumelia, vel iniuria quoque afficere: hoc nimirum reputantes, siue præ parentium, aut amicorum tenuitate; siue præ facultatum inopia nunquam illi ad futuram in posterum vlciscendi occasionem, sed facile obliuioni ab illo traditum iri. Quanquam

post

quam verò huiuſcemodi tyranni (hoc enim ijs proprium nomen eſt) egregiè fallantur iſthac ſua vecordia, tempus tamen atque occaſio aliquando eos docebit vt ſerò ſapiant Phryges, vel præſenti hoc Symbolo, viri nimirum in marmor incidentis animi ſui iuſtitutum cum hac ſententia, Scribit in marmore læſus.

Coſi

Id eſt: Sic viuida voluptas ducit in exitium.

Coſi viuo piacer conduce á morte.



Coſi viuo piacer conduce á morte. *Sub typo papillionis peculiari genio ſuo flamma, igniſque ſplendore, in quem ſe ipſe temere conijciens perdit, gaudentis, deſignari poteſt qui citra delectum rem quamcumque ambiens, & affectans, ex ea dedecus ſibi opprobrium, & perniciem parit.*

Ami-

Amico ficto nulla fit iniuria.



In eum qui arte ſtudioq; amicitiam ſimulat, pul-chrè quadrat hominis perſonati effigies (quæ huma-ni animi fucum ſignificat) quem quis ſic tangat fu-ſte, vt illi perſonatum vultum deijciat, vnà cum hiſ-ce verbis: Amico ficto nulla fit iniuria.

Ignis gladio non fodiendus.



Contentiosis & irritabilibus conuenit præsens Symbolum hominis extremo gladio prunarũ aceruum ita disturbantis, vt contrasultantes alterum illi oculorum scintillæ extinguant, addito ex Pythagoræ vita hoc Apophthegmate : Ignis gladio non fodiendus.

Statêræ ordo non transiliendus.



Qui iniqui sunt & præposteri iudicij homines, nullum eos mensuræ modum seruare certum est, finemque adeo plerumque experiuntur noxium: quemadmodum & trutina (quam Latini, atque Thusci Stateram vocant) cuius alteram lancem si plus æquo adoneres pondere, capressa rumpitur.

Sic vos non vobis.



Si quis aliorum præclarè gesta Præfectis ipsis, vel Antesignanis adscribere velit, conuenienter id exprimes per iugum boum aratrum trahentium, vnà cum hoc Virgiliano versiculo: Sic vos non vobis.

Solus

Solus promeritus.



Ediuerso si egregio, cordatoq́, ac prudenti militiæ Duci qui *suo* Marte *totum belli pondus sustinuisset, & confecisset, propria virtute concitatus (quod plærique nostræ tempestatis etiam præstitere) Symbolum appositum mihi sit excogitandum, tres, aut quatuor, quorum vnus eorum solus præ cæteris omnibus à sessoribus suis concitatus primus ad præmij locum destinatum peruenerit, currentes equos depingi cuperem vnà cum his verbis:* Solus promeritus: *imitatus in hoc veterum* Romanorum *consuetudinem,*

In Icone cõuenientiùs præcursor equus sessorem etiam, vt & cæteri, haberet.

qui olim ſeſe in circis, ad curſum exercebant: nec non & Florentinorum, qui idem in magno apud eos, ac ſolemni Diui Iohannis Baptiſtæ feſto equis inſidentes faciunt.

Aut Cæſar aut nihil.



Cæſar Borgia, Dux Valentinenſis patefacturus orbi ſe conſtituiſſe aut mortem citiùs obire, aut maximum quiddam, & immortalitate dignum velle patrare

patrare, simul & Iulium Cæsarem suscipiendis rebus arduis æmulatus, Apophthegma solebat vsurpare, quod erat: Aut Cæsar, aut nihil. *Idq; citra vllum aliud Symbolum.* Ad *quod visum est nobis appositum, si vir armatus altera manu orbem tenens, qui velut Iulij Cæsaris monarchiam figuret, altera schedam multiplicato charactere o dumtaxat qui per se, ac solus nihil quidem sed alteri Arithmeticæ notæ coniunctus aliquid significet, depingeretur. Et quidem illud huic rei conueniens fuit, quod temerarius ille, ac insensatus, tandem re vera* NIHIL *se effecerit, vti prædicere suo Apophthegmate solebat.* Nam *in media fere iuuentute in* Regno *Nauarræ trucidatus est: taleque illi conscriptum est Epitaphium:*

Borgia Cæsar eram factis, & nomine Cæsar.
Aut NIHIL, aut Cæsar, dixit: vtrumque fuit.

Sola facta solum Deum sequor.



Generosissima Bona Sebaudiensis Iohan. Galeatij Mediolanensium Ducis mater, marito orbata, numisma (quod gens istic Testonem vocat) cuius altera facie Phœnix expressa, vnà cum his verbis: Sola facta solum Deum sequor, *apparet, cudi mandauit. Sic insinuare cupiens, quòd velut Phœnix in orbe sola, sic ipsa in vidualem solitudinem, morte mariti redacta, æternum cum Deo solo viuere se deuouet.*

Pas

Pas à pas.

Id est: Gradatim.



Volens Renatus Siciliæ Rex intelligi se concepisse spem in maiorem adhuc Principem quàm ipse foret, paulatim euadendi, atque difficultates suas omnes aliquando superandi, Symbolum suum ex boue insignia eius collo gestante appositis verbis: Pas à pas, *figurari iussit: Eo ipso bouem tardè quidem, sed maximum tamen nihilominus iter conficere declaraturus.*

Ditat seruata fides.



Ostensurus quidam alius intemeratam erga herum fidem, & obsequium sese seruasse, atque hinc factum opulentiorem, pro Symbolo duas manus cornucopiæ complectentes adscriptis verbis: Ditat seruata fides, *vsurpauit.*

Vires-

Virescit vulnere virtus



Et alius quidam fortunæ tenuis ob suam virtutem, & bene acta (vt fere sunt omnes probi) ab inuidia, velutiq; communi hominum ignorantia persecutus, figurare cupiens, se, quò magis infestaretur, eò magis virtutem suam, & ingenium patefacturum, pro Symbolo vsurpauit virum proterentē pedibus plantam herbæ quam Acetosam Pharmacopolę, Rumicem Romani, *ὀξαλίδα Græci*, Agre-*stinam Florentini vocant, vnà cum hac sententia:* Virescit vulnere virtus. *Secutus in eo herbæ huius*

huius genium, quæ quò plùs conteritur, eò magis viridis efficitur. Quo Symbolo quondam Dominus Legatus Pratensis, magnus Galliarum Cancellarius vsus est.

Id est: Iste suum medicamen habet, sed non ego læsus.

Esto tienne su remedio, y non yo.




Ceruus sagitta confixus, & diclami (quæ herba est in Candia, seu Creta insula copiosè crescens: quæ à ceruo manducata, vniuersa eius vulnera sanat)

nat) ſurculum, vel fruſtum ore vorans, vnà cum hac inſcriptione: Eſto tienne ſu remedio, y non yo, *amoris immedicabilis Symbolum eſſe poteſt. Ad Ouid. ex Metamorph. quo Phœbus ſuper ſuis ergà Daphnen amoribus lamentatur, alludens verſum illum qui habet:*

Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis?

Ingenium ſuperat vires.



In nouiß. bello Neapolitano Fernandus Consaluus se strennuum quidem, atque cordatum admodũ, sed multò adhuc callidiorem Ducem præstitit, adeoq́ue vt ita non pauca prælia victorioſè terminarit. Quinetiam se calliditate quoque vti solitum, adeo non ægrè tulit intelligi, vt etiam pro Symbolo balistam quæ funibus intendi soleret, addito Apophthegmate: Ingenium superat vires, *vsurparet.*

Qui me alit, me extinguit.



In Heluetiorum ad Mediolanum à defuncto Rege Francisco facta profligatione, *S*. Valieri *Dominus senior, Heroinæ Dianæ Pictauiēsis, Valentinatum* Ducissæ *pater, ac centum nobilium Equitum Præfectus, vexillum circumgestabat, quo succensa fax, atque inuersa, fluidaque cera hanc extinguente, hac quoque apposita sententia* : Qui me alit, me extinguit, *figurabatur. Quod Symbolum* Heroinæ *cuiusdam causa effinxit, nimirum insinuare cupiens, quemadmodum illius decor huius foueret animum, ita quoque in capitis discrimen coniiceret.*

Furor

Mimus Publian.

Furor fit læſa ſæpiùs patientia.



Videas interdum vſqueadeo temerarios, & dictis, factiſque importunos, vt placidiſs. quoque, at modeſtiſs. & probiſs. lædere non vereantur. Quæ res iiſdem etiam infœliciter cedit: quemadmodum & adoleſcentulo veruecem nimiùm infeſtanti, ab eodem deturbari contingit, re ipſa experienti veram eſſe ſententiam: Furor fit læſa ſæpiùs patientia.

Frons

Frons hominem præfert.



Qui naturæ indaginem, & physiognomiæ indicia scripserunt, auctore etiam Aristotele, sic pronunciant, quòd frons humanæ indolis sit index. Igitur frons angustior hominis stolidi, sordidi, & suum instar, ventri dediti argumentum est. Frons æquo latior, instar bouis, indicium crassioris, & obtusioris intellectus, & cerebri. Frons longior benignum, & docilem indicat. Demißior pusillanimem. Depres-

sior, rotundiórue leuem, ineptum, & inconstantem. Planior ambitiosum & gloriæ cupidum. Ad medium recaluastrus furiosum, & iracundum. Rugosa cogitabundū, & somnolentum. Mollis hilarem, & comem, ac plausibilem. Aspera, diuersísque locis tuberosa callidè auarum, ac malitiosè fatuum. Polita, quasíque dolata, & æquabilis securum. Mediocri quantitate quadrata magnanimum & prudentem, atque probum. Quæ frontis præsagia mihi Symbolum hoc: Frons hominem præfert, *excogitandi occasionem præbuerunt.*

Bis

Bis dat qui tempestiuè donat.



Sunt quidam in conferendis beneficijs vsqueadeo importuni, & intempestiui, seu præposteri, vt quò quis eorum adminiculo minùs egeat, eò paratiores sint ad gratificandum, magisq; ad eidem quodlibet præstandum officium gestiant, idque (quantum opinor) aut alicuius emolumenti aliquando in posterũ consequendi, aut certè talionis spe: atqui hunc eundem, si forstan in angustias delapsum conspicentur Deo execrabiles illi, eundem, inquam, auersabuntur, si frequentiùs ab eodem suam opem implorari, seu

accersiri sentiant, aut priora beneficia illi exprobra-bunt, aut miserum subsannabunt, aut aliquam qu- hunc ne in illorũ consortium postea se ingerere au- deat, elongent, rationem meditabuntur, & conte- xent. Illi profectò non parentes, non veri amici, imò non homines sunt, sed potiùs inmanes belluæ, vit- ipsa indignæ, quosque viri re ipsa nobilis misellum quendam & pauperculum collapsum ab humo surri- gentis Iconem hanc vnà cum Apophthegmate: Bi- dat qui tempestiuè donat, *quotidie contempla- ri, animoque circumgestare oportet. Quod nimirum duplex demum, & immortale meritum esse debet, dum quis citra vllam remunerationis spem vrgente necessitate alteri prodest*

Huc fortassis etiam non ineptè referri potest quod habet Ausonius Epigrammate 84. ex Græco:

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Et rursus 85. ex eodem.

Si bene quid facias, facias citò: nam citò factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Im-

Improbus à nullo flectitur obſequio.



Qui vſqueadeo atroces refractarij, auſteri, improbi, & nequam ſunt, vt quamlibet ijs obſequium omne quis præſtiterit, eiuſdē commiſereſceretamē dedignētur, digni profectò illi ſunt qui pro Symbolo vſurpent effigiem implacabilis mortis, quæ virum ſupplicem, atque iunctis palmis, & in genua humi procumbentem, ac nequicquam deprecantem trucidat, adſcriptis verbis: Improbus à nullo flectitur obſequio.

Sic maiora cedunt.




Accipiter is quem passim Sprinerium *vocāt, in copiosa falconum turma gestatus, cum inscriptione:* Sic maiora cedunt, *veram nobilitatem non in opibus, vel auctoritate, sed animi præstantia consistere figurat.* Accipitris *nimirum illius ea prærogatiua est, vt sua præsentia omnes aues etiam se multò maiores, ab omnibus, quibus forent aliàs obnoxiæ, iniurijs vindicet.*

Malè

Malè parta malè dilabuntur.

Cicero 2. Philip.



In cuiusdã fœneratoris ædibus, qui solis nummis supputandis oblectabatur, educatus Simius, atque aliquando per rimam quandam conspicatus herum in mensa sparsis nummis ludentem, quadam die prandente hero, per fenestram penetrauit ad aceruũ nummorum: vbi & ipse herum imitatus cum ali-

 quan-

quamdiu nummis versando sese oblectasset, tandem eos in medias plateas è fenestra largè projicere cœpit. Quo spectaculo an prætereuntes profusè cachinnati fuerint, an verò fœnerator ipse potiùs irritatus indoluerit, hoc loco non dicam: vt qui me ipse iam sat occupatum sentiam ad hunc vsurarium eiusque similes ridendum, qui aut gurgiti profundi maris, aut filio, aut fratri, aut nepoti, aleatori, fornicatori, temulento, lurconiùe ingentes pecuniarum aceruos cumulant, huius præclarissimi, verissimique Apophthegmatis quod habet: Malè parta malè dilabuntur, *vix vnquam memores.*


Expetendæ opes, vt dignis largiamur.



Illustrem virum Dominum Mattheum Balbanum Lucensem referentem aliquando de se ipsum audiui, quòd Christum quotidie precaretur, nullas sibi opes, aut rerum affluentiam ab illo tribui, nisi simul & eisdem rectè vtendi voluntatem, at rationem. Verba votamque hauddubiè non tantum pri-

nato nobili viro, verumetiam æquo, ac vero Principe dignum. Cuius etiam gratia eò maioris faciendus est, quòd effectu, seu re ipsa, & opere comprobet, domi quidem turmatim quosque viros eruditos alens, foris verò ingentes pensiones, ac stipendia plerisque suppeditans. Quocirca præsens ei Symbolum consecrare lubuit: nimirum manus in aere nummos è patera in caßidem & codicem super ara constitutos effundentis Iconem, vnà cū superscriptis verbis: Expetendæ opes, vt dignis largiamur: *ara scilicet, hominum aut in literis, aut armis (quod caßis & codex insinuant) præstantiam figurante, ac effusa patera conspicuam cordati viri, familiaremque munificentiam.*


Mors sceptra ligonibus æquans.



In hoc Symbolum Regio *sceptro colligati rustici ligonis atque inter hæc duo suprapositam horrendæ mortis effigiem, vnà cum his verbis:* Mors sceptra ligonibus æquans, *optimo iure intuẽdum foret, magnatibus vniuersis, & Principibus viris, necnon & diuitibus, ac denique quantæcumque aucto-ritatis, aut cuiuscumque conditionis extiterint.*

In-

Ingratis seruare nefas.



Vulgò iactatur hoc prouerbium: Virus in cauda. *Quocirca & hoc ipso volui finem nostris Symbolis claudere, quo ingratitudinem quorundam cum vipera serpente compararem, quæ coitu marem admissum necat, & à suo, quem ventre concipit, fœtu necatur. Vnde tam ipsa, quàm plerique etiam mortales iustissimam habent causam perorandi cum hac querimonia:* Ingratis seruire nefas.

FINIS.

HE-

HEXASTICHON
IOANNIS GVBERNATORIS, quo priorem editionem conclusit.

Corrige quæ Lector paſſim hic errata videbis,
Nam toto libro plurima ineſſe ſcio,
Dum non eſſe poteſt (ſit quiſquis)ineptior illo
Qui typica infauſtos iunxit ab arte typos.
Ac non interea dicam, labor iſte citatum
Debuit vt finem noſter habere ſuum.

In eoſdem verſus epigramma.

AVT ita deterſit mala mens tibi frõtis honorẽ,
Vt ſcelus eſſe vllum nolle pudere neges:
Aut ſceleratum animũ nebulis nõdum ſatis aptus
Obuelare aptus, auſus es eſſe malus.
Alterutrum cur eſſe putem; tua clauſula ſcitè
Admonet hæc, libro clauſula digna tuo:
Qua, veluti ſorex, te aperis, & tegmine laruæ
Detracto, impuram proſtituis faciem.
Plurima, ais, quòd ſint hîc menda; operarum ea culpa eſt.
Mentiris nebulo. culpa ea tota tua eſt.
Tu præeras operis: tibi gnauo oculóque manúque
Errata illorum tollere munus erat.
Sed tua nec potuit facere hoc ignauia: nec tu,
Crede

Crede mihi, libros tangere natus eras.
Natus eras, vt nomen habes, tractare guberna;
Esseq; Sarmaticæ vile triremis onus.
Atque vtinam à prima iamdudum ætate fuisses:
Gauderent, fraudi quis tua lingua fuit.
Non visum est Nemesi: quæ te, quasi fune remisso
Adstrictum catulum, ludere siuit adhuc:
Vt tibi, cùm tua fata vocant, mox fune reducto
Flagitijs soluat digna brabæa tuis.
Idq; adeo vt faciat iure, & te indice; cogit
En vltro tua te crimina ferre palam.
Addis enim, tam pulchra tui monumenta laboris
Esse breui in spatio fine potita suo.
Adde precor bone vir causam. Nō est opus, inquis.
Credo, tibi. verum, hæc qui leget, illi opus est:
Si modò vis, vt quæ toto quamplurima libro
Menda leget, placida corrigat illa manu.
Et quis enim potis est peccato ignoscere; quòd si
Nescius, an veniam promereatur, erit?
Adde igitur caussam. cur abnuis? an pudet ipsam
Dicere rem? saltem, perfide, dic aliquid.
Non potes. obstrinxit malefidæ vincula linguæ
Condita quæ medio pectore Erinnys agit.
O bene. iam meritas Rhamnusia poscere pœnas
Incipit. en stimulus iam tibi corda quatit.
Nunc huc, nunc illuc mentis fugis exsul & orbis.

Fa-

Factus & est hostis, quisquis amicus erat.
Et quæ caussa mali tanti? non altera certè,
Quàm tua quæ iussit te properare, fuit.
Scilicet ille tui domini liber ære paratus,
Ad falsum dominum posset vt ille rapi;
Debuit antè suam cursu contingere metam,
Quàm suus à patria sede rediret herus.
Vtque scelus sceleri posses prætendere (quid non,
Alme deus, monstri mens scelerata parit?)
Ausus es infelix illum, qui pectore vero
Crediderat fidei se & sua cuncta tibi;
Prodere non sontem fallaci crimine; cuius
(Appello Nemesin) tu simul auctor eras.
Hoc etenim sanctè tibi credita cura ferebat,
Denium vt à recto nil patereris agi.
Passus es: & vana spe lucri ductus, id vltro
Prodendo, domini perdere es ausus opes.
His pro flagitiis scin, pessime, vir bonus iste
Quæ mala deuoueat in caput ire tuum?
Seruus vt aut aliis sis vsque fidelior; aut ne
Cuiquam alii damno sit tua perfidia.

V. G. Plantini & veritatis
amore faciebat.

Latet anguis in herba p. 73

Unica semper avis (Phoenix) p. 92
(see also p. 296)

Cedo nulli p. 108

Quis contra nos p. 199

Me pompae provexit
apex (Corona Triumphalis) p. 259

Merces sublimis honorum
(Corona obsidionalis p. 261
sive graminea)
(oak-leaves p. 262

Male parta male
dilabuntur p. 311

agere & pati fortia p. 129
(Mucius Scaevola)

Ditat servata fides p. 298
(joined hands w. cornucopia)

Festine lente p. 273

69. Paradin, Claude. LES DEVISES HEROIQUES. With 180 woodcuts. 12mo, red morocco. Antwerp, Plantin, 1567. $250.00

"Plantin had a fondness for illustrated books and since emblem books were at that

ventional subjects illustrated in earlier or contemporary emblem books, well designed and full of imagination.

Hachenberg, a Heidelberg professor, supplies a fine and original appraisal of the work, in his preface.

Praz 454.

Rams' heads (like skulls of oxen): symbols of piety & religion.
Du Choul, p. 319

£ "Teste de mouton, mise entre les insignes de la religion par les Anciens."

The Dress of the Venetians 1495-1525

Stella Newton

Stella Newton's study of Venetian dress at the beginning of the sixteenth century draws on the journals (1495 to 1533) of Marin Sanudo, faithful recorder of Venetian political and social encounters during the period.

It is a contribution to the history, not only of dress and textiles, but of Venice, the theatre and art. The Republic of Venice expressed its pride and uniqueness through its strict rules about dress: dress denoted class, social position and official function. By unlocking this largely unexplored vein in Venetian history, Mrs. Newton places historians of the future greatly in her debt.

The author writes from an in-depth knowledge of her subject and

Paradin: Devises Heroiques (1557)

Introduction by Alison Saunders

Claude Paradin's **Devises Heroiques** is one of the most influential of the French examples published during the 16th century. The work is a collection of devices rather than emblems, depicting 182 devices sported by contemporary and historic aristocratic figures. This is the definitive 1557 edition, establishing Paradin's status as a pioneering author of emblem books.

Alison Saunders is Professor of French at the University of Aberdeen.

Scolar   0 85967 771 0   1990   304pp. $48.95

Scolar Press. – Brookfield, Vt.